

13

FEB 2



3788

MANUALE SODALIUM
S. ANTONII
PADUANI,
AUDITORIBUS OBLATUM
^{DUM}
THESES
EX UNIVERSA SS.

THEOLOGIA
AD MENTEM DOCT. SUBTILIS.
JOANNIS DUNS-SCOTI
IN STUDIO GENERALI
V- CLAUDIOPOLITANO
Publicè propugnarent
VV.PP.AMBROSIUS BAUMGART-
NER , & BERNARDUS BECZE,
Ord. Min. S. P. N. F. Strict. Observan.
Prov. Transylv. S. R. Stephani
AA. LL. & Philosoph. Lect. Candidati.

P R E S I D E.
R.P.F. ANTONIO MIHALYFFI
Ejusdem Ord. & Prov. SS. Theologiae
LECTORE ORDINARIO.

Anno 1761. Die. Mens. Junii.

CLAUDIOPOLI.
Typis Academicis Societ. JESU.


S U B
GRATIOSISSIMIS AUSPICIIS
ILLUSTRISSIMI
DOMINI, DOMINI
FRANCISCI
FERDINANDI
SCHELS

SAC. CÆS. REGIÆ, APOSTO-
LICÆQUE MAJESTATIS SALIS
FODINARUM IN PRINCIPATU
TRANSYLVANIAE

INSPECTORIS
MERITISSIMI
DOMINI, DOMINI


PATRONI^{AC}

GRATIOSISSIMI
MUNIFICENTISSIMI.



Lumen naturale ingerit **DEUM**
existere. **I.** Nullus rationis
compos potest diù invincibiliter i-
gnorare **DEUM**. **II.** Essentiæ Di-
vinæ ratio primò constitutiva, &
ultimò distinctiva est ipsum Esse,
§ 2 **feu**

seu existentia per Essentiam. IV.
Quæ ab Attributis , & Relationi-
bus, sicut & Attributa inter se for-
maliter ex natura rei distinguitur.
V. DEUS nullum futurum cogno-
scit ante Decretum. VI Habet
veram voluntatem salvandi omnes
homines. VII. Nullum reprobat
positivè ante prævisa peccata. Pa-
riter Electio efficax adulorum ad
Gloriam fit post prævisa merita ex
gratia. VIII. Animæ Justorum,
quibus n̄l eluendum restat in Pur-
gatorio , statim post deceßum, fru-
untur visione DEI intuitiva. IX.
In Divinis dantur in una individua
Essentia Tres Personæ realiter di-
stinctæ. X. Et sunt Consustan-
tiales. XI. Spiritus S. à Patre ,
Filiōque procedit. XII. Angelos
deputari in hominum custodiam
scriptura S. docet. XIII. Sicut
& in homine dari liberum arbitrium.
XIV.

XIV. Non repugnat actus etiam in
individuo indifferens. XV. Actus
externus liberè elicitus superaddit
interno peculiarem moralitatem.
XVI. Incarnatio Verbi Divini fuit
decreta ante prævisionem peccati.
Unde XVII. Etiamsi Adam non
peccasset, Christus adhuc venisset.
XVIII. Unio humanitatis cum Ver-
bo facta fuit in unitate Personæ,
non Naturæ. XIX. Christus su-
perexcedenter satisfecit pro omni-
bus. XX. Sed ejus merita nobis
applicare debemus. XXI. Christi
humanitas non est ubique. XXII.
Angeli, & Sancti in cœlo existen-
tes pie, & Sanctè coluntur cultu
Religioso. XXIII. Sicut & eo-
rum Imagines cultu Religioso re-
spectivo. XXIV. Sancti utiliter à
fidelibus invocantur tamquam A-
mici Dei. XXV. Peccata non sunt
omnia mortalia: vel sequalia. XXVI.

Nul-

Nullum includit malitiam intrinse-
cè infinitam. XXVII. DEUS in
ordine ad salutem consequendam
dat omnibus hominibus Gratiam
sufficientem. XXVIII. In Justifi-
catione peccatoris non solum te-
guntur, sed verè delentur peccata.
XXIX. Impium est dicere, omnia
nostra opera esse peccata. XXX.
Ergo dantur etiam bona opera me-
ritoria. XXXI. Una tantum est
Fides salvifica, videlicet sola Ro-
mano-Catholica. XXXII. Membra
veræ Ecclesiæ non sunt soli justi,
& prædestinati. XXXIII. Domi-
nium ejusdem rei in solidum penes
duos esse nequit. XXXIV. Plu-
res tamen principaliter concurren-
tes ad damnum tenentur restitutio-
nem facere in solidum. XXXV. Pos-
sessor malæ fidei obligatur restitue-
re rem ipsam. XXXVI. Item fru-
ctus omnes (si industriales demas)

five existentes, five non. XXXVII.
Item compensare lucrum cessans,
& damnum emergens. XXXVIII.
Septem sunt Sacra menta Novæ Le-
gis, omnia immediate à Christo in-
stituta. XXXIX. Quæ moraliter
causant Gratiam. XL. Quam nul-
lum Sacramentum confert ex ope-
re operato, nisi re ipsa suscep tum.
XLI. Sine Baptismo non est Salus.
XLII. In Eucharistia Verus Deus,
& Homo Christus JESUS realiter
est præsens. XLIII. Sacra men-
tum Pœnitentiæ est omnino distin-
ctum à Baptismo. XLIV. Nequit
simul esse validum, & informe.
XLV. Ejus partes essentiales sunt
Absolutio à legitimo Ministro facta,
& actus Pœnitentis. XLVI. Ve-
rus Sacerdos habet potestatem
absolvendi à peccatis. XLVIII.
Confessio peccatorum post Bapti-
sma commissorum Sacerdoti faci-
enda

enda est necessaria necessitate Præcepti Divini. XLVIII Defacto unum peccatum mortale non remittitur sine altero. XLIX. Nullum tamen datur essentialiter irremissibile. L. Datur in Ecclesia Catholica potestas Divinitus collata Divo Petro, ejusque legitimis successoribus concedendi Indulgencias. *Et hæc cedant.*

A. M. D. G.



OFFICIUM
S. ANTONII
PADVANI,
Ejusdémque
CONGREGATIONIS,
REGULÆ, ac INDULGENTIÆ,
Cum brevi, & compendiosa Pro-
digiorum Sancti descriptione.

Quæ

Annô 1684. Caloviæ Typo data;

Nunc denuò

Pro neo-cr. Etia, in Templo B.
V. ad Nives Vetero-Claudiopoli-
tauo FF. Min. strict. Observ. S. Francisci
Seraphici Prov. Transylv. Tit. S Regis
Stephani, ac per D. Papam BENEDI-
CTU M X V. Indulgentiis decorata
Ejusdem S Antonii Padva. Congre-
gatione, piis expensi, reimprimi
curavit Latino, Hungarico, ac
Germanico idiomate
Superiorum permisso.

La Cíca Csíkiensi 1747.

ILLUSTRISSIMUS
D. COMES
STEPHANUS
MIKES
DE ZABOLA
Sac. Cæs. Regiæq; Maj.
Camerarius, ac I. Comitatūs
Albensis Supremus Comes, &c.
unà cum sua Conthorali
ILLUSTRISSIMA
COMITISSA
ROSALIA
PETKI
DE KIRALY-HALMA,
Ad ampliorem S. Antonii Padvani honorem, ac spi-
ritualem Fidelium consolatio-
nem

ILLUSTRISSIME D. COMES,
&
ILLUSTRISSIMA D. COMITISSA

Quod olim per Ose-
am Prophetam dixit Spi-
ritus Sanctus ad fidelem
animam: Spōsabo te mihi in sem-
piternum; Oseæ 2. Illud ipsum
temporibus hinc novissimis, ab eo-
dem Divinissimo Spiritu, Illustri
Vestrae Profapiae dici putetis, Illu-
strissime D. Comes, ac Comitiſſa.

Quæ videlicet Vestra Profapia
in Ovili Pastoris optimi Math. 16.
v. 18. in solo Militantis, supraq;
firmam Petram ædificat & Ecclesię,
adeò fideliter semper perstítit, &
firmiter, ut quamvis plurimis,

īisque periculō plenissimis errorum
procellis, novas inter, & novas sē-
culi undas agitata fuerit; anchor-
ram nihilominus suam in Deo ejus-
quę timore pariter, amore, ac fide-
litate fixam moveri nunquam si-
vit. Deus enim T.O.M. (cujus
Providentiae, ac Sapientiae non est
numerus Ps. 146) Pro sapiam hanc
Vestram Illustrissimam sub Tute-
la Divi, ac Prodigiosi Antonii Pad-
vanii constituit, ad cuius glorio-
sum, ac validum interventum ce-
dunt mare, vincula: pereunt peri-
cula: ceſſat & neceſſitas.

Et ex hinc factum, quod Illu-
ſtrissimus D. Comes Michaël Mi-
keſſius, Magni Nominis Genitor
Tuus, Illustrissime D. Comes, olim
j.u.m., dum adhuc vitam ageret
mortalem, Divum hunc Antoni-
um Padvanum, Patronum, Tuco-
remq; Pro sapie, ac Domūs sua fæ-
cere perpetuo meruerit, Ejusque

*Honorem, Libellò etiam in lucem
datò, ampliarit.*

Unde quemadmodum cum jubilo dixit olim Coronatus Vates ad Deum: hæreditate acquisivi testimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei sunt; Ita pariter, & Tu Illustrissime D. Comes, magna cordis exultatione dicere ex vero ad Divum potes Antonium: Auitam ex Illustrissimo Meo Genitore Hæreditatem acquisivi, ac possideo Te Dive Antoni. Tua siquidem merita: Congregationi pauperum affabilem me fecere à Puer: Tua Tutela, Me, Familiam, Domumq; Meam in verè Catholica, ac salvifica Ecclesia cum timore Dei firmavit, ac conservavit: per te denique bonis omnibus repleti sumus. Tob. 12. v. 2.

Sed & gloriari potest Illustrissima Tua Prosapia, Comes Illustrissime; quod talem in Te invenerit

*Virum, in quo cujusve adjutorio
sibi simili, Gen. 2. Illustrissimi ani-
mirum Thori Con sorte, Avitam
Majorum erga Domum Dei pietati-
tem, & zelum: ferventem erga
Sanctos, Divum prae tertim Anto-
nium devotionem: promptam er-
ga Congregationem pauperum
affabilitatem intuetur.*

*Tuum verò gaudium, illud ma-
xime plenum facit, gloriāq; ad-
auget, Comes Illustrissime, quod
quemadmodum Divus Tuus Anto-
nius non contentus à se solo amari
Deum, & laudari, quin, & alios
ad Eum amandum & laudandum,
lingvâ suâ benedictâ, hodie dum
incorruptâ inflammaret; S. Bona-
vent. pariformiter Tu quoq; satis
minime arbitratus, amorem pari-
ter, & laudem Deo in Sanctis suis
Psal. 150. deferre unà cum Illu-
strissima Tua Conju ge: alios etiam
ad id faciendum, quâ exemplò,*
quâ

quà piis misericordiæ operibus ad-
nisus es: dum Altaria haudqua-
quam ùt Moyses pro cruento sacri-
ficio, verùm Incruento Agni Im-
maculati offerendo, tum apud RR:
PP. Trinitarios Carolinæ, tum a-
pud FF. Minores strict. Obs. Clau-
diopoli, Divo dicata Antonio, è
fundamento erexisti. Silentio in-
volvo cætera, quæ ideo Tu Ipse oc-
culata voluisti: ut nesciat sinistra
tua, quid faciat dextera tua. Math.
6. Minimè satìs arbitratus es, Do-
num, Prosapiámq; Tuam Illustris-
simam sub Tutela Prodigiosi conſti-
tutam esse Antonii, quin & sacram
sub Nominé, ac Protectione Ejus-
dem Divi Congregationem, veluti
arcam quamdam Noëmiticam fun-
dares: in qua sub Tui Gubernami-
ne Tutoris contra pericolosas scil-
las, & charibdes, adversus videli-
cet mundi, carnis, ac dæmonis insul-
tus tui forent omnes, qui fluctuan-

tes in medio seculi nequam pelago,
ad eam cum fiducia convolarent.

Nec hoc satis pietati, zelog, Tuo.
Quò magè ad amorem, cultumq,
Deo suis in Sanctis exhibendum
manuduceret universas: Magnam,
Divi Antonii Sanctitatem, ac Pro-
digia: Mysteria item Sacro-sancti
Missæ Sacrificii, devotamque Eo-
rumdem explanationem, è quodam
quasi vetustatis pulvere excitata,
laudabili planè studiò in lucem mi-
sisti denuo, hoc in libello patere
omnibus voluisti.

Quam Tuam laudabilem Pieta-
tem, Zelumq, planè eximium, adeò
probavit, laudavit, ratumq, habu-
it IllustriSSima Tua Comitissa
Thor. g. Consors amantissima Ro-
salia Petki; ut præterea efficax a-
pud Te Oratrix fieret, Libelli hu-
jus tum Hungarico, tum Germano-
nico idiomate, beneficio typi publi-
candi. Idg ea perfecit intentione,

E animo: ut in omni Lingua, quo-
ad fieri posset, ab omni Populo,
Gente, ac Natione, glorificaretur
Deus, ac in Sanctis suis, Divo
præsertim Antonio coleretur.

Nec mirum: Illa enim Consors
Tua Illustrissima ex ea Illustrissi-
morum Comitum Petkiorum Stir-
pe oriunda, quæ piam erga Congre-
gationem pauperū affabilitatem:
erga Domum Dei zelum arden-
tem: ac flagrantem erga cultum
Sanctorum devotionem heredita-
rio quasi jure sibi debitam marga-
ritam, sub fideli semper custodia
babuit, committere haud qua-
quam potuit, quin Mariti affabili-
tatem affabilitate, zelum zelò,
devotionem devotione locupleta-
ret, promoveret, edaugeret, ut
Mulier scilicet: bene consentiens
viro suo, in qua Deus sibi compla-
cuit. Eccli. 25. Math. 12.

Eja Fideles, Divi præsertim An-

tonii Clientes, sub Prodigioso E-
jusdem Labaro, hac in Congrega-
tione militaturi! quid possumus
dare Viro Isti Illusterrimo pro his
omnibus? quam mercedem dabi-
mus Ei? aut quid dignum poterit
esse beneficiis Ejus? Tob. 12. sub
tutela Divi nos Antonii constituit:
Labarum, sub quo contra mun-
dum, carnem, & dæmonem trium-
phemus, erexit: Congregationem
Prodigijs Antonii fundavit: Ar-
cam, quæ ex periculo mundi hu-
jus mari ad Beatæ littus Patriæ ve-
hamur, construxit: Sanctitatem
item, vitam, & Prodigia S. Anto-
nii: Mysteria denique Sacro-san-
cti, ac tremendi Missæ Sacrificij
cum devota eorumdem explanatio-
ne, quæ ad imitandum, quæ ad
contemplandum hoc in Libello no-
bis exhibuit: & bonis (ut verbo
dicam) omnibus per eum repleti
sumus. Quid illi ad hac poterimus

*dignum dare? rogemus Eum, si
fortè dignabitur medietatem de
omnibus, quæ allata sunt, sibi as-
sumere: Ibid. orationum scilicet,
meritorum, ac bonorum operum,
quæ in tota hac Congregatione, De-
votisq; ejusdem Membris Deus T.
O. M. operari dignabitur, partem
hiscoe delatam, acceptam habere:
ut virtute illorum Dominus con-
servet Eum! & vivificet Eum! &
beatum faciat Eum in terra! &
non tradat eum in animam inimi-
corum Ejus! Ps. 40. Fiat Corona
Ejus sicut vitis abundans in lateri-
bus Domus Ejus! Filii Ejus, sicut
novellæ olivarū in circuitu mensæ
Ejus! Benedicat Illi Dominus ex
Sion, Ps. 127. unà cum Illustrissi-
ma Thori Conjuge (Cujus procul,
& de ultimis finibus pretium
ejus Prov. 31.) Et videat Filios
Filiorum suorum! sic enim bene-*

dicitur Homo qui timet Domi-
num, & laudat Deum in San-
ctis ejus. *Psal. 150.*

Ita votet

Illustritatibus Vestris

*Neo-erecta Congregatio
unà cum Membris.*

R E -



R E G U L Æ

A.


*Fidelibus hujus Congregationis
obseruandæ.*

I.

HUIC Congregationi nomen daturi, *Responsorium S. Antonii*: Si quæreris miracula &c. cōpositum in honorem Ejusdem à D. Bonavent. Card. & Eccl. Doct. multisq; miraculis confirmatum, quot-diebus semel orando perfolvant. Qui verò dictum *Responsorium* ignorant, orent tria *Pater noster*, *Ec. totidemque Ave Maria*, *Ec. & unum Credo*, *Ec.*

II.

QUÒ amplius memores esse possunt hujus Prodigiosi S. sancte, & laudabiliter fecerint, si Ejusdem Imaginem, aut in Libris



suis precatoriis, aut in Domibus,
vel utrobique decenti honore af-
servarint.

III.

Decedentium è Congregatio-
ne Nomina ad Congregatio-
nis Præsidem deferent: quatenus
in librum mortuorum referri pos-
sint; Ipsique orabunt pro Iisdem.

Admonitio.

Ad harum Regularum observa-
tionem sub peccato non obligan-
tur Fratres, & Sorores Congre-
gationis. Devotio proinde sua fa-
ciat unumquemque obligatum:
quò amplius Patrocinium Hujus
Gloriosi, ac Prodigiosi Sancti,
suis in necessitatibus obtinere,
& experiri valeat.

Ex-

* * (1) * *

Extractus
B U L L E
BENEDICTI PAPÆ XIV.
Ad perpetuam rei memoriam. &c.

Imo. **O** Mnibus utriusque Sexsūs Xti Fidelibus, qui diclā Confraternitatem imposterum ingredientur, die primo eorum ingressūs. si verè poenitentes & confessi, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, plenariam.

2dō. Ac tam descriptis, quam pro tempore describendis in dicta Confraternitate Confratribus, & Consororibus in cuiuslibet eorum mortis articulo, si verè quoque poenitentes, & confessi, ac Sacra Communione recti, vel quatenus id facere nequiverint, saltēm contriti, Nomen Iesu ore, si potuerint, sin minus corde devotè invocaverint, etiam plenariam.

3rdo. Nec non eisdem nunc & pro tempore existentibus diæ Confraternitatis Confratribus, & Consororibus,

etiam verè pœnitentibus, & confessis,
ac Sacra Communione refectis, qui præ-
fatæ Confraternitatis Ecclesiam, seu Ca-
pellam, vel Oratorium die Festo princi-
pali dictæ Confraternitatis per eosdem
Confratres, semel tantum eligendo, &
ab Ordinario approbando à primis Ve-
speris usque ad occasum solis diei hujus-
modi singulis annis devotè visitaverint,
& ibi pro Christianorum Principum con-
cordia, hæresum extirpatione, ac San-
ctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad
Deum preces effuderint, plenariam si-
militer omnium peccatorum suorum
Indulgentiam, & remissionem miseri-
corditer in Domino concedimus.

410. Insuper dictis Confratribus, &
Corporibus verè pariter pœnitenti-
bus, confessis, ac Sacra Communione re-
fectis, Ecclesiam, seu Cappellam, vel Ora-
torium hujusmodi in quatuor aliis anni
feriatis, vel non feriatis, seu Dominicis
diebus per memoratos Confratres semel
tantum etiam eligendis, & ab eodem
Ordinario approbandis, ut supra visi-

tantibus, & ibidem orantibus, quo die
prælatorum id egerint, septem annos,
& totidem quadragenias.

ssto. Quoties verò Missis, & aliis Di-
vinis Officiis, in Ecclesia, seu Capella,
vel Oratorio hujusmodi pro tempore
celebrandis, & recitandis, seu Congre-
gationibus publicis, vel privatis ejus-
dem Confraternitatis ubivis faciendis,
interfuerint, aut Pauperes hospitiō su-
seperint, vel pacem inter inimicos
composuerint, seu componi fecerint,
vel procuraverint; nec non etiam qui
Corpora defunctorum, tam Confra-
trum, & Consororum hujusmodi,
quam aliorum ad sepulturam associave-
rint, aut quascunque Processiones de li-
centia Ordinarii faciendas, Sanctissi-
mūmque Eucharistię Sacramentum
tam in Processionibus, quam cum ad
Infirmos, aut alias ubicunque & quo-
modocunque pro tempore deferatur,
comitati fuerint, vel si impediti Cam-
panæ ad id signo dato semel Orationem
Dominicam, & Salutationem Angeli-
cam

cam dixerint, aut etiam quinques Orationes, & Salutationem, easdem pro animabus Defunctorum Confratrum, & Consororum hujusmodi recitaverint, aut Devium aliquem ad viam salutis reduxerint, & ignorantes Praecepta Dei, & ea, quæ ad salutem sunt, docuerint; aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet praefatorum operum exercitio, Sexagiota dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitiss pœnitentiis in forma Ecclesiæ conservata relaxamus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 13. Jan. 1747. Pontificatus Nostri Annō septimō.

D. Card. Passionel.

Ut præsentes Indulgenciarum omnibus Xth
Fidelibus promulgari possint, Au-
thoritate Nostra Episcopali faculta-
tem in Domino impertimus. Cibiniis
26. Febr. 1747.

Fe-

Festa porrò denominamus : Principale
S. Antonii de Padva. Minus Princi-
palia : S. Catharinæ Bononiensis ,
S. Catharinæ Senensis , S. Claræ V.
& S. Petri de Alcantara.

Fr. Episcopus Transylv.
m.p.

Alter Extractus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Omnium saluti paterna charitate in-
tenti, sacra interdum loca Spi-
tualibus Indulgentiarum muneribus
decoramus, ut inde Fidelium Defunctorum
animæ Domini Nostri Jesu Christi,
ejusque Sanctorum suffragia meritorum
consequi, & illis adjutæ ex Purgatoriis
pœnis ad æternam salutem per DEI
misericordiam perduci valeant. Volen-
tes igitur Ecclesiam Sanctæ Mariæ ad
Nives Fratrum Ordinis Minorum S.
Francisci strictioris observantiæ nuncu-
pati, Oppidi Civitatis nuncupati Clau-
diopolis Albæ Juliæ Diœcesis, & in ea

ea situm Altare Confraternitatis sub invocatione S. Antonii de Padva simili ad præsens Privilegio minimè decoratum hoc speciali Dono illustrare, de Omnipotentis DEI Misericordia, ac BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ut quandocunque Sacerdos aliquis sacerdotalis, vel Regularis Missam Defunctorum in die Commemorationis Defunctorum, & singulis diebus infra illius octavam, ac in una feria cuiuslibet hebdomadæ per Ordinarium designanda pro anima cujuscunque Confratris, & Confessoris dictæ Confraternitatis, quæ DEO in Charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad præfatum Altare celebrabit, anima ipsa die thesauro Ecclesiæ per modum suffragii indulgentiam consequatur; ita ut ejusdem Domini Nostri Jesu Christi, ac Beatissimæ Virginis Mariæ Sanctorumque Omnium meritis sibi suffragantibus à Purgatorii poenis liberetur, concedimus, & indulgemus. In contrarium facien, non obstant. quibuscunque

que. Præsentibus ad septennium tan-
tum valituris. Datum Romæ apud san-
ctam Mariam Majorem sub Annulo pi-
scatoris die XIII. Jan. M.DCC.XLVII.
Pontificatus Nostri Annô 7mō.

D. Cardinalis Passione.

Gratis pro Deo, & Scr.

Ut præsentes Indulgentiæ omnibus
Christi fidelibus promulgari possint,
Authoritate Nostra Episcopali fa-
cilitatem in Domino concedimus.

Cibinii 26. Febr. 1747.

F. Episcopus Transylvaniæ.
m. p.

OF.

32 32 32 32 32 32 32 32 32 32 32 32 32 32 32 32

D E V O T I O

Ad S. Antonium Padvanum.

OFFICIUM
S. ANTONII DE PAD.

AD MATUTINUM.

Ecce Crucem Domini, fugite
partes adversæ, vicit Leo de
Tribu Juda, radix David. All. All.

v. Domine labia mea aperies,

R. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

X. Deus in adjutorium meum
intende,

R. Domine ad adjuvandum
me festina. Gloria Patri, & Fi-
lio, & Spiritui Sancto, sicut erat
in principio, & nunc, & semper,
& in saecula saeculorum, Amen.
Alleluja; *vel* Laus tibi Domine,
Rex aeternæ gloriæ. Hy-

Hymnus.

Dum quinque Christo Sangvi-
nem

Fundunt Minorum milites,
Fervente flammâ nobile
Antonii cor æstuat.

Parem precatus lauream
Aurelianos deferens,
Pugil futurus nobilis,
Ad castra Fratrum transiit.

Jesu tibi sit gloria,
Qui magna magnus efficis,
Antonii nos quæsumus
Preces beatæ protegant.

Antiph. O proles Hispaniæ, pa-
vor infidelium, nova lux Italiæ,
nobile depositum Urbis Padvanæ,
fer Antoni gratiæ Christi patroci-
nium, ne pro lapsis veniæ tempus
breye creditum defluat inane.

V. Jubilent omnes Filii Dei.

R. Ecce palliant laudes sancti Anto-
nii.

Ore-

Oremus.

Deus, quem in sanctis mirabilis Ecclesia praedicat, quorum suffragiis novit sibi adeisse in tribulatione auxilium, da nobis in nomine sancti Antonii Confessoris tui congregatis postulata allequi, ut in omni adversitate protecti, à Divina laude nunquam cessemus. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. &c.

AD PRIMAM.

V. Deus in adjutorium meū &c.
R. Dñe ad adjuv. &c. Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

Flagellat, urgat hæreses,
Et prædicando detruit,
Quod inferorum carceres
Spomæ Dei construxerant.
Jesu tibi sit gloria,
Qui magna magnus efficis,
Antonii nos quaerimus,

Preces beatæ protegant.

Antiphona. Conterit miraculis
peccatorum dentes , sponsam
Christi patulis ri&tibus mordentes.

V. Exurge Antoni beatissime.

R. Ut liberemur ab hostibus cor-
poris & animæ.

Oremus.

Deus qui Beatum Antonium
Confessorem tuum, verbi
tui Præconem eximum effecisti,
& ejus salutari doctrina Ecclesiam
lætificasti; concede, ut quem in
terrīs vitæ habuimus Doctorem,
ipso intercedente, quod ore &
opere docuit, exercere valeamus.
Per Dominum nostrum, &c.

AD TERTIAM.

V. Deus in adjutorium meum, &c.
R. Dñe ad adjuvandum me festi-
na. Gloria Patri, & Filio, &
Spiritui Sancto, &c.

B

Hy-

Hymnus.

Mel lingva stillat optimum,
Rorem beati Pneumatis,
Fontes fluunt ex cautibus,
Ex corde duro lacrymæ.

JESU tibi sit gloria.

Qui magna magnus efficis,
Antonii nos quæsumus,
Preces beatæ protegant, Amē.

Antiphona. Totus in te sitiens
Deus, ad te vigilans de luce, tu
fons indeficiens, tu lux illi rutilans,
qui sitis in cruce.

X. Per merita tua amantissime
Antoni. R. Liquefcant corda
nostra amore Jesu Christi.

Oremus.

Torrentem charitatis tuæ dulcissime Jesu, super aridas
mentes nostras benignus effunde,
& intercedente beato Antonio,
ab omnibus peccatorum maculis
emun-

emunda. Qui vivis & regnas Deus per omnia sæcula sæculorū. Am̄.

AD SEXTAM.

¶. Deus in adjutoriū meum inten.

R. Dñe ad adjuvandū me festina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c.

Hymnus.

C Ordi crucem sanctissimam,
Inscripserat medulitūs.

Pondus Crucis sanctissimum,
Suis gerebat intimis.

J E S U tibi sit gloria.

Qui magna magnus efficis,
Antonii nos quæsumus,
Preces beatæ protegant.

Antiphona. Cœli, terræ mari-
um benedicant Dominum cunctæ
creatüræ, qui tot per Antonium
signis auget hominum vitæ spem
futuræ.

¶. Lætentur, & exultent gentes.

R. Quas Ecclesiæ Dei aggre-
gavit. Antonius.

Oremus.

Deus, in cuius conspectu
Cœli non sunt mundi, re-
spice nos, quorum maculas pre-
tiosô Filii tui sanguine tollere
dignatus es, & præsta beati An-
tonii intercessione, sic per bona
temporalia transire, ut mens no-
stra tuô desideriô fulgeat. Per Do-
minum nostrum &c.

A D N O N A M.

V. Deus in adjutorium meum &c.
R. Dñe ad adjuvandum me festi-
na, Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

Langvore tandem solvitur,
Fonti beato immersitur,
Absorpta mens cœlestibus,
Satura quiescit gaudiis.

JESU tibi sit Gloria,

Qui

Qui magna magnus efficis,
Antonii nos quæsumus,
Preces beatæ protegant.

Antiphon. Gaude felix Padva,
quæ thesaurum possides, cujus in
altari dignum fore loculum visio
monstravit.

V. Exultat sanctus in gloria,
R. Lætatur in cubili suo.

Oremus.

Ecclesiā tuā Deus beati An-
tonii Confessoris tui depreca-
tio votiva lætificet, ut spirituali-
bus semper muniatur auxiliis, &
gaudiis perfrui mereatur æternis.
Per Dominum nostrum, &c.

A D V E S P E R A S.

V. Deus in adjutorium meum &c.
R. Dñe ad adjuvandum me festi-
na. Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

IN pulveres sanctissimos

B 3

Ca-

Caro beata solvitur,
Sed lingva nec vestigium
Corruptionis induit.

JE S U tibi sit gloria,
Qui magna magnus efficis,
Antonii nos quæsumus,
Preces beatæ protegant.

Antiphona. O lingva benedicta,
quæ Dominum semper benedixisti,
& alios benedicere fecisti,
nunc manifestè apparet, quanti
meriti apud Deum extitisti.

V. Sit in terra benedictus San-
ctus Antonius: **R.** Quem in cœ-
lis glorificavit Altissimus.

Oremus.

EXaudi nos Deus salutaris no-
ster, ut intercedente beatō
Antoniō Confessore tuō, Spi-
ritum Sanctum, quem potentibus
promisisti, meritis ipsius hodie à
te mereamur accipere. Per Dñum
nostrum, &c.

AD

AD COMPLETORIUM.

¶. Converte nos Deus salutaris noster. Rx. Et averte iram tuam à nobis. ¶. Deus in adjutorium meum, &c. Rx. Dñe ad adjuvandum me festina. Gloria Patri, &c.

Hymnus.

ERGO tuis clientibus
Viventibus & mortuis
Felix Precator obtine,
Quidquid boni desiderant.

JESU tibi sit gloria,
Qui magna magnus efficis,
Antonii nos quæsumus
Preces beatæ protegant.

Antiph. Quorum vitam moribus
hic profitebatur, gloriosis Patri-
bus jam congloriatur.

¶. Ora pro nobis beate Antoni.
Rx. Ut digni efficiamur promissio-
nibus Christi.

Oremus.

MItissime, & clementissime J E-
su, qui beatum Antonium
Confessorem tuum perpetuis illu-
stras miraculorum splendoribus,
concede propitius, ut quæ per
eius merita fideliter petimus, per
eiusdem intercessionem efficaci-
ter consequamur. Qui vivis, &c.

Commendatio.

HAs horas Canonicas.
Devoti cordis ore
Depromptas, licet aridas.
Antoni precor suscipe,
Et in agone tremulos.
Tua prece nos protege. Añ.

L I T A N I A
de S. Antonio Padvano.

Kyrie eleison, Christe eleison.
Kyrie eleison. Christe audi-
nos. Christe exaudi nos.
Pater de Cœlis Deus, Miserere n.
Fili

Fili Redemptor mundi Deus,
 Spiritus Sancte Deus,
 Sancta Trinitas unus Deus,
 S. Maria Patrona Hungariæ, &
 Religionis Seraphicæ, Ora p.n.
 S. Antoni de Padva,
 Decus ordinis Minorum,
 Clarum Sydus Hispaniæ,
 Nova lux Italiæ,
 Adoptate auxiliator
 Hungariæ,
 Speculum obedientiæ,
 Gemma paupertatis,
 Forma puritatis,
 Arca sacrarum literarum,
 Pavor infidelium,
 Secundus Doctor Gentil-
 um,
 Primus Concionator Pi-
 scium,
 Alyum oppressorum,
 Anchora naufragorum,

Sancte Antoni.

Ora pro nobis.

Sancte Antoni,

Portentis semper perennans,
 Mortuorum suscitator,
 Errantium reductor,
 Calamitatum ablator,
 Dæmonum profligator,
 Leproforum mundator,
 Ægrotorum sanator,
 Maris tranquillator,
 Vinculorum solutor,
 Membrorum reparator,
 Periculorum omnium
 peremptor,
 Necessitatum omnium
 provisor,

Ad te S. Pater Antoni confugimus, *Intercede pro nobis.*

Ad te S. Pater Antoni suspiramus, *Intercede pro nobis.*

Ad te S. Pater Antoni clamamus, *Intercede pro nobis.*

O Sancte Antoni Pater beatissime! *Intercede pro nobis.* O

Ora pro nobis.

O Sancte Antoni solatium afflitorum, *Intercede pro nobis.*

O Sancte Antoni Consolator omnium! *Intercede pro nobis.*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. *Parce nobis Domine.*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. *Exaudi nos Domine.*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. *Miserere nobis.*

Christe audi nos. Christe exaudi nos. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster, &c. Ave Maria, &c.

V. Prædictor egregie. Ora pro nobis Antoni beatissime.

R. Ut tua interventione percipiamus gaudia vitae.

Oremus.

S ubveniat plebi tuæ quæsumus Domine, præclari Confessoris tui Beati Antonii devota & ju-

gis deprecatione, quæ in præsenti
nos tuā gratiā dignos efficiat, &
in futuro gaudia donet æterna.
Per Christum Dominum nostrum.
Amen.

Antiphona Sancti Antonii.

O Sidus Hispaniæ! gemma pau-
pertatis, Antoni, par Scy-
thiæ, forma puritatis, tu lumen
Italiæ, Doctor veritatis, ut Sol
nites Padvæ, signis claritatis.
Amen.

Alia Antiphona de eodem:

O Proles Hispaniæ! favor infi-
delium, nova lux Italiæ,
nobile depositum Urbis Padva-
næ, fer Antoni gratiæ Christi Pa-
trocinium, ne pro lapsis veniæ,
tempus breve creditum defluat
inanæ.

XV. In omni tribulatione & an-
gustia nostra.

R.

R. Succurre nobis sanctissime
Antoni de Padva.

O R A T I O,
Quā S. Antonii Patrocinium im-
ploratur ad obtinendam Divi-
nam gratiam.

SAlve Antoni beatissime, & de-
sede gloriæ tuæ respice in me,
meisque votis annuere ne dedi-
gneris; qui opem universis non
desinis ferre te invocantibus.

Eja, qui supernis ades agmini-
bus, evigila meis necessitatibus,
cùm jugiter ad fores ostii tui ob-
servem; tu enim licet superna
scandas, mortalibus tamen bene-
facere non cessas, & qui à te non
dubiâ aliquid efflagitant fide, eos
inanis ne quaquam dimittis, cùm
Divina sic libi placuerit voluntas,
ut qui noverint invocare Antoniu-
m, etiam in ærumnis positos,

per te levare velit. Te igitur Antoni ex fortissimis Israël Dei appello, te suppliciter invoco, tuis precibus mihi obtine à Deo indulgentiam peccatorum, ne ob facinorum meorum turpitudinem me despiciat, qui dum pœnitere propono continuò, Angelica turba congaudet. Quare eum pro me deprecare, qui non justos venit, sed peccatores vocare. Pateant Dei aures precibus meis, quamvis indignissimis. Age, ut gratiam coram oculis Domini, ejusque sacro-sancta Virgine Matre adinveniam, tuoque Patrociniō fultus, peccatorum remissionem accipiam; cordis mei tenebras depellas, & quid Dominus à me requirat, tu dulcissime Antoni doceas: non ergo confundar, quoniam invocavi te. Abjectio-

nem

nem, ac animæ meæ paupertatem nōsti, cui nisi per dies & noctes interfueris, læthalem faciet ja-cturam, cùm insomnes eam ini-mici observent.

Exurge, exurge, & adjuva me, ut non confundar, quoniam in vocavi te, qui gloriā & honore coronatus, opus fortitudinis Di-vinâ virtute peragis, perenniter in Cœlis jubilans, qui devotè à nobis miseris, jugiter in hac lacrymarum valle invocaris. Amen.

*Oratio ad Sanctum Antonium,
tempore necessitatis par-ticularis.*

Ecce Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, nunc pronus me coram Divina Majestate tua prosterno clementiam tuam sup-pliciter deprecans, & exorans, quatenus viscera misericordiæ tuæ,

tuæ, mihi benignè pandere, &
per amantissimi iervi tui Antonii
Padvensis merita gloria peraffli-
eto N. N. statui meo succurrere:
non dedigneris.

Te verò ô beatissime Antoni!
qui verus orphanorum Pater es,
& Tutor Clementiæ Dei, & in-
tercessioni tuæ poenitus cōfiliens,
totô cordis affectu requiro, ac per
immensum gaudium, quô Chri-
stum hunc nostrum propriis com-
plectens uinis suffulisti, obtestor,
ut apud eundem piissimum Salva-
torem, & Servatorem meum, mi-
hi gratiam impetrare digneris; ne
malorum N. N. turbine confusus,
in charitate erga Deum, & pro-
ximum meum temescere, & quæ
sanctæ vocationis meæ sunt, mi-
nus perfectè adimplere valeam.
Sed potius perte exoratus (sed a-
tis

tis malorum N. N. fluctibus) constanti, ac ferventi zelô, perpetuò decantare valeam laudes & encomia magni Numinis, viventis in sæcula sæculorum. Amen.

Alia Oratio:

*Contra visibilium, & invisibilium hostium
imperios, in summis necessitatibus. Per
modum Psalmi.*

Aprehende arma, & scutum,
exsurge in adjutorium mihi.
Antoni Beatissime.

Effunde virtutis tuæ frameam,
& conclude adversus eos, qui
persequuntur me; dic animæ
meæ: salutis tuæ adjutor ego sum.

Confundantur & revereantur,
qui quærunt animam meam, ut
auferant eam.

Avertantur retrorsum, & eru-
bescant, qui volunt mihi mala.

Fiant viæ illorum tenebræ, &

lu-

lubricum, te inclyto Christi milite
protegente me à calumniis eorum,
ut custodiam mandata Dei mei.

Insurrexerunt enim adversum
me fortes absque misericordia: &
non posuerunt Deum ante con-
spectum suum.

Quare nisi Dominus custodie-
rit me, per tuam intercessionem:
fortè vivum deglutient me. Esto
mihi in auxilium, & contere bra-
chium eorum; ut benedicam no-
mini Domini, qui non dedit me
in captionem inimicorum meo-
rum.

Irruat super eos formido, & pa-
vor in magnitudine brachii tui: &
consilium eorum destruatur.

Fac, oро, mecum signum in bo-
num, ut videant qui oderunt me,
& confundantur: quoniam tu
beatissime Antoni intervenisti pro
me, & consolatus es me. Et

Et dixi: forsitan tenebræ peccatorum conculcant me: & Altissimus viam iniquitatis meæ odio habet.

Præveniam igitur eum in matritate pœnitentiæ, & clamabo, & nomen Domini invocabo.

Confitebor adversum me injūtiām meām Domino: ut remittat mihi omnia peccata mea.

Ecce pono ô beatissime Antoni, te Patronum meum juxta me! & accedo thronum misericordiæ Dei mei.

Domine Jesu Christe, ante te omne desiderium meum: & gemitus mei à te non sunt absconditi.

Peccavi in cœlum, & coram te, & non sum dignus vocari filius tuus.

Peccavi super multitudinem arenæ maris, & multiplicatæ sunt ini-

iniquitates meæ: & non sum dignus videre altitudinem cœli,
præ multitudine iniquitatis meæ.

Sed tu es Domine, qui cum peccatoribus manducas: & deliciae tuæ sunt, esse cum filiis hominum.

Sperant in te qui noverunt nomen tuum: quoniam non dereliquis quærentes te Domine.

Non intres igitur in judicium cum servo tuo Domine: quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Sed reminiscere miserationum tuarum, quæ à sæculo sunt: & dimitte impietatem peccati mei.

Intret oratio mea in conspectu tuo: secundūm eloquium tuum, eripe me de necessitatibus meis.

Periit enim omne consilium à me: & fortitudo mea defecit.

Con-

Confractum est brachium meum, & gladius meus salvare me non potest.

Tu solus es mihi in Deum protectorem, & in Domum refugii: ut salvum me facias.

Redde ergo mihi lætitiam benedictionis tuæ, per merita Sancti Antonii alleva contritiones meas.

Adjuva me Domine Deus meus, firmamentum meum, refugium meum, & liberator meus.

Ut disruptis peccatorum meorum, & adversitatum laqueis, cantem tibi canticum novum laudis, honoris, & amoris.

Hos igitur gemitus ô beatissime Antoni! Divinis præsenta aribus Domini mei Iesu Christi; qui non in sangvine hircorum, aut vitulorum, sed ut pius Pellicanus, pre-

pretiō magnō me redemit roſei
cruoris ſui, dum amore amoris
mei in Cruce dignatus eſt mori,
& tertia die à mortuis refurgere,
vita, ſalus, & redemptio noſtra:
cui laus, honor, & gloria,
per infinita ſæcula ſæculo-
rum, Amen.

Quæſita brevia de Pa- tria, Imagine, ac descri- ptione S. Antonii.

Sanctus Antonius Padvanus,
Vir ſecundūm cor Dei, pro-
pter affluentes Dei gratias, ab Hi-
ſpanis non Antonius, ſed Electus
Dei Sanctus vocatur. A Gregerio
9. Pontifice Maximo Arca teſta-
menti, & Scripturæ Sacræ prom-
ptuarium dictus eſt. Nobilibus, &
honestis natus eſt Parentibus, cu-
jus Parens fuit Martinus Buglio-
ui,

*ni, Alphonsi Regis insignis Miles.
Mater autem Theresia Taveri.*

Quando, & ubi natus?

R^e. *Annò 1195. In Hispaniis Ulysippone Civitate Regni Portugalie, ubi quædam Ecclesia in honorem Gloriosæ Virginis Dei Genitricis Mariæ fabricata consistit, à cuius liminibus venerabiles Beati Antonii Parentes non longè manentes, felicem hunc in primo juvenutis flore genuerunt. Noménque ei Ferdinandus in sacro Baptismatis lavacro imponentes, in eadem postmodum Ecclesia educandum pariter tradunt, & literis imbutum.*

Quare dicitur Padvanus, &
non Ulysipponensis?

R^e. *Quia Padua vitam suam Divinis plenam miraculis à majori duxit, ib. que gloriosè finivit.*

Qua-

Quare Deus locum istum propter insignia S. Antonii merita plurimis glorificavit miraculis, & in prodigium totius mundi præ cæteris terræ partibus, clariorem effecit honore. Item quia gloriosum ejus corpus ibidem in Ecclesia Fratrum Minorum Francisci Seraphici, gloriâ miraculorum effulget.

*Quare è Religione S. Augustini se transtulit in Religio-
nem S. Francisci?*

Rq. Postquam primorum quinque Sanctorum Martyrum Religionis Seraphicæ, videlicet: Berardi, Petri, Adjuti, Accursii, & Othonis, corpora (quos ipse S. Francis Seraphicus miserat inter Saracenos, ibique martyrium passi sunt) Marochiâ Conimbricam transferrentur, charitas Dei diffusa in corde S. Antonii, in tantum excitavit ad desiderium mar-

tyrii, ut seponens omnem cordis levitatem, cogebatur planè relicta Religione Augustiniana, transire in Seraphicam. Ubi Deus gratiarum Dominus non externam, sed internam martyrii palmam Servo suo Seraphino concessit.

Quare scribuntur cum S. Antonio Liber, Infans, Piscis, Monstrantia, & genuflexus mulus?

L I B E R.

R^e. Liber à Sancto hoc Seraphico gestatur in signum altissimæ scientiæ, & sapientiæ, quibus ut aurorarutilans effulsit. Item: Quia Romæ coram summo Pontifice ex merito S. Obedientiæ tam prodigiösè prædicabat, ut diversissimæ Gentes, linguae ejus licet expertes, quasi nativâ uniuscujusq; lingua,

altissima Dei mysteria annuntian-
tem audiebant, & intelligebant.
haud aliter, quam de ipsis Christi
discipulis legitur in actis Apost.

I N F A N S.

*Infans in ejus depingitur mani-
bus: 1. Quia Jesulum in specie
infantis in ulnas accipere, &
amorosè blandiri, atque dulcia ei
figere oscula visus est. 2. Quia in
hortulo Parentis sepultum infan-
tem à mortuis suscitavit, de cu-
jus homicidio iniquè accusatos Pa-
rentes Lysabonæ è captivitate libe-
ravit. Quam Civitatem insuetò
adivit miraculò, nam eadem nocte
quà illuc venerat, Divinâ portan-
te grantiâ, rediit in Paduam.*

P I S C I S.

*Piscis adjicitur 1. Quia cuius-
dam Institoris magnam summam
pecu-*

pecunia & pisce hianti ore absorptam prodigiosè restituit. 2. Dum in Hispania Civitate Ariminensi verbum Dei annuntiantem, & magno spiritus fervore prædicantem, ferales fidei Christianæ hostes respuissent; venit extra Civitatem ad littus Maris, ubi laudem Dei Altissimi commemorantem, ex abyssu Maris diversi generis pisces congregati, capita sua super aquam extollentes, quasi auditores fervidi, magna cum attenzione audiebant. Quòd videntes multa super hunc Sanctum tantis miraculis clarum blasphemantes heretici, plurimi amplexati sunt fidem Catholicam.

L I L I U M.

Lilium in manu ejus dextera scribitur, in signum puritatis Angelicæ, quâ corpore, & animâ radio-

diosus effulsit. quod utique com-
memorat lilyum candidum.

MONSTRANTIA.

Monstrantia sacris ejus depin-
gitur manibus, & coram flectens
Mulus, quia dum in Civitate Ari-
minensi quidam sceleratus fidei
Christianæ hostis, præsentiam Sa-
ceratissimi Corporis, & preciosissimi
Sanguinis Christi in sacra hostia
negaret; Mulus ille coram V.
Sacramento, à S. Antonio alla-
to procidit in terram, & relicto
pabulo, summa cum veneratione pro-
fessu est veram, & realem Christi
præsentiam in Sacramento, &
in confusionem illius heretici, ut
Creatorem adoravit. Ex quo pluri-
mi lumine verae fidei illuminati,
Christi fidelibus annumerati sunt.

Quan-

Quando mortuus?

R. Post Christum natum Annō
1231. die 13. Junii die Veneris.
vitae suae annorum 36. dilectus hic
Dei servus gloriōsè migravit ē
vita, postquam vitam duxisset in
domo Paterna 15. annis, Conim-
bria ad S. Crucem 9. annis, tan-
dem in S. Religione Seraphici S.
Francisci 10. annis. Cujus per me-
rita, & intercessionem Benigni-
tas Divina omnes totius mundi
partes claris glorificat miraculis.

RESPONSORIUM
In miraculorum S. Antonii
memoriam à S. Bonaventura
compositum.

SI quæris miracula; mors, er-
ror, calamitas, dæmon, le-
pra fugiunt, ægri surgunt sani.

Pereunt pericula, cessat & ne-

cessitas: narrent hi qui sentiunt,
dicant Padvani.

Cedunt mare, vincula, mem-
bra: résque perditas petunt, &
accipiunt juvenes, & cani.

Gloria Patri, & Filio, & Spi-
ritui Sancto. Cedunt mare, &c.

V. Ora pro nobis S. Antoni,

R. Ut digni efficiamur pro-
missionibus Christi.

Oremus.

Ecclesiām tuām Deus beati An-
tonii Confessoris tui depreca-
tio votiva lētificet, ut spirituali-
bus semper muniatur auxiliis, &
gaudiis perfrui mereatur æternis.
Per Dominum nostrum, &c.

*Responsum præcedens
in forma Orationis.*

MItissime, ac Clementissime
Deus, qui facis miracula
magna solus, ac mirabilis es in
San-

Sanctis electis tuis, quibus prodigiorum clementiam communicas, eorumque intercessiones clementer exaudis; ego indigna tua, ac nunc afflita creatura in hac necessitate mea N. ad clementiae tuae thronum provolutus accedo, laudans, ac magnificans tuam immensam gratiam, quam dilecto, ac beato famulo tuo Antonio Patrono meo gratiose conferre, ac omnibus ad ejusdem patrocinium confugientibus, incessanter impertiri dignaris; dum mors, error, calamitas, dæmon, lepra fugiunt, ægri surgunt sani; periclitantibus in mari, aut aquis subsidium, captivis liberatio; debilibus, & læsis membra, & bona, seu res perditæ restituuntur, ac omne periculum, & necessitas perit, & cessat: narrat hæc,

& prædicat, non illa solum ab
hoc Beato glorificata Civitas
Padavana, sed & omni cum gra-
tiarum actione innumerabiles
confitentur exauditæ animæ :
cum omnibus itaque creaturis,
glorifico, & laudo tuam, ô po-
tentissime Deus Pater, sapientis-
sime Deus Fili, benignissime De-
us Spiritus Sancte, inaccessibi-
lem misericordiam, & bonita-
tem! humillimè orans, & obse-
crans, & per intercessionem San-
cti Antonii Confessoris tui, in hac
aliisque necessitatibus meis ho-
die, ac semper me clementissimè
exaudire digneris ; hoc tu mihi
impetres, ô electe, & dile-
cte Patrone Antoni!

Amen.



Bre-

Brevis declaratio Responsorii
S. ANTONII
D E P A D V A.

Responsorium hoc, à Seraphico Doctore S. Bonaventura, compositum esse (Benevole Lector) nemo dubitat, occasionem eidem dante solennissima Translatione gloriosissimi Corporis S. Antonii. Cum enim is, dicto Translationis tempore Paduae esset: Tumba, Crypta ve, in qua duobus jam supra triginta annis, sanctissimæ illæ Reliquiæ conservabantur, eidem, tanquam Generali protunc Ordinis Ministro, aprienda oblata est. Et ecce resoluta in cineres reliquo corpore, lingua incorrupta, ab omni que pallore mortis illæsa, immò quasi vitam spirans reperta est, quam manibus

sublatam pius Generalis Bonaventura, venerabundus exosculatus est, atque scaturientibus, præ teneritudine affectuum, lacrymabundisque oculis in hac amoris plenissima verba erupit: O Lingua benedicta, quæ Dominum semper benedixisti, & alios benedicere fecisti! nunc manifestè appareat, quanti meriti exististi apud Deū. His dictis, iteratis eandem veneratus est osculis, utque speciali impostorum inclusa reliquiario afferveretur, demandavit. Dictu vix possibile, quanto ex tunc amore cor, erga hunc Sanctum exarserit. Cùm enim miraculorum ejus famam, in dies percrebrescere audiret, experireturque, hoc unitum dies non esque animo revolvebat, quoniam fieri posset modo, ut tanti Sancti prerogativas, brevi verbo-

borum inclusas compendio, universo venerandas exhibere valeret Orbi.

Dum igitur, velut Divino afflatus Spiritu, quadam die se totum S. Antonii laudibus scribendis tradit; Ecce quod humano adumbrare nititur sermone, posse Divinâ exprimit eloquentiâ, subnecrumque componit Responsorium.

Si quæris miracula: mors, error, calamitas, dæmon, lepra fugiunt, ægri surgunt sani, cedunt mare, vincula, membra, r̄isque perditas, petunt, & accipiunt, juvenes, & cani: Pereunt pericula, cessat & necessitas, narrant hi qui sentiunt, dicant Padvani.

Responsorium hoc, magnæ (meritô) & admirationi, & devotioni debet esse omnibus. Non solum quia à tanto Sancto, & Ecclesiæ Doctore, magis Divina inspiratione, quam investigatione huma-

na compositum, verūm etiam,
quia paucis verbis, continet, de-
monstrat, atque epilogat omnes
favores, & gratias, quas Deus S.
Antonio Paduano concessit, ad
subveniendum, succurrendum,
atque opitulandum omnibus iis,
qui eum devotè, & cum fiducia
invocaverint. Porrò, ut fervor,
& devotio tua (Amice Lector) er-
ga hunc Sanctum magis accenda-
tur, breviter singula membra
prædicti Responsori declarabo, &
miraculis ab eodem Sancto in vita
pariter ac post mortem patratis
comprobabo.

Si ergo scire cupis favores, &
beneficia ab omnipotentis dexte-
ra, per merita hujus Sancti, eis
collata, qui devotè, & cum fidu-
cia ipsius auxilium imploravere.
Scias, per eum mortuos esse resu-
sci-

scitatos; errores, detectos; calamitates, fugatas; dæmones, profligatos; leprosos, mundatos; ægrotos, seu infirmos sanatos; cœcos, illuminatos; claudos, eretos; tempestates maris, tranquillatas; Carceratos, liberatos; catenas, & vincula, rupta; pericula, sedata; mutis, loquela, & surdis, auditum restitutum; denique necessitates, vietas, atque superatas. Ex quibus facile colligere possumus, S. Antonium, Divinæ misericordiæ Instrumentum, atq; magnum temporum nostrorum Thaumaturgum esse: Verum, ne quis hæc in dubium revocare, & falsitatis arguere præsumat, ea, quæ præallegata sunt, exemplis miraculorum, à Deo, per merita hujus Sancti patratorum, singula elucidare, atq; pro majori consola-

*latione Clientum S. Antonii com-
probare aggrediar.*

M O R S.

HOc est primum membrū prædicti Responforii. Quantum *mors* S. Antonio succumbat, testis est Civitas Ulysipponeñsis, in qua Nepotem suum *Parisium* nomine, marinis submersum undis, resuscitavit. Testis Padva, ubi cuidam puellæ in fluvio Brenta submersæ, vitam restituit. Testis Reginā Leonis Hispaniarum, cujus filiam annorum ætatis 11. triduanam mortuam, ad vitam revocavit. Pari modo Aldegundem filiam Regis Lusitaniæ, & Reginæ Theresiæ, à mortuis suscitavit. Denique ut innumera alia, quæ in medium adduci possent, missa faciam. Annō 1517. Infantem tri-

um

um annorum resuscitavit. Vide
nunc (*devote Lector*) quantum
Mors per S. Antonium fugetur.

E R R O R.

Parens S. Antonii, certam pe-
cuniam cuidam consignave-
rat, nullâ superinde acceptâ
Syngraphâ, quare successu tem-
poris ad tribunal citatus, ad ite-
ratam ejusdem summæ solutio-
nem damnatur, cùmque nesciret
quibus modis factam solutionem
Creditori suo persuadere debeat.
S. Antonius miro modo rem to-
tam aperit, Creditorēmque super
accepta pecunia reddit certum,
atque contentum. Idem Parens
Sancti, ad mortem codemnatus
erat, eò quòd de juvēne quodam
interempto infamatus esset, cùm-
que jam ad furcam duceretur,
Deus servo suo, Padvæ Evange-

lii prædicationi vacanti, rem totam, quisque sit Parentis sui status, revelat. Acceptâ revelatione, S. Antonius in spiritu, *Ulyssiponam* translatus; justitiæ executores sistere jubet, occisum juvenem in conspectu omnium resuscitat, qui rei veritatem manifestat, suōque testimonio innocentiam Parentis S. Antonii detegit: atq; sic S. Antonius Parentem suum ab infami supplicio, & morte liberat. Quis ergo negabit errores à S. Antonio dissipari?

C A L A M I T A S.

Quid potest esse toto Orbe *dementiā*, seu *insaniā*, calamitosius? Nec ipse Redemptor noster legitur aliquem hâc calamitate vexatum sanasse. Multorum tamen scripta testantur, Gloriosissimum S. Antonium, per plures,

res, sanæ menti restituisse. Omnia
um loco sit unus. Ille inquam u-
nus, qui ipsum prædicantem non
parum turbabat. Præcinctus hic
cingulō, quō Sanctus præcinge-
batur, illico ab insania liberatur.
Præterea: An non jam toti ferme
Orbi notissimum est, miraculum
illud, *Neapolit.*, tempore Ducis de
Alva Proregis illius Regni, fa-
ctum? Ad mortem condemnave-
rat is, hominem quendam inno-
centem, uxoratum: quem, cùm
afflictissima Conjux, nullo modo
liberare valeret, ad Sanctum
(quem venerabatur, atque cole-
bat) recurrit Antonium, ei-
dem miserandum suum recom-
mendans statum. Interea, veluti
Divino stimulata instinctu, ami-
cum quendam adit, libellūmque
supplicem formari jubet: quo ac-

cepto, protinus Ecclesiam S. Laurentii petit, atque super Altare S. Antonii infra mappam, suum collocat supplicem libellum, magna eidem Sancto cum fiducia supplicans, ut Proregi prædictum transmittat libellum pro gratia Marito suo obtinenda. Vix modicum intercedit tempus, & ecce voti sui compos facta est. Sanctus enim Antonius Proregem accessit, libellum porrexit, & partes condenmati egit. Prorex sententiam mutavit, libellum supplicem subscripsit, hominemque morti adjudicatum, supplicio absolvit. Interrogatus post hæc Prorex à nonnullis, quid esset, quòd circa suam consuetudinem tam subitò sententiam mutasset? Respondit: venisse ad eum monachum quendam de familia S. Francisci,

cujus postulatis pro captivi absolutione factis, non potuisse se non annuere. Factum hoc postea, mulier praedicta uti reipsa erat, evulgavit, & singulare S. Antonii patrocinium cunctis manifestissimum reddidit. En, quomodo S. Antonio Calamitates subduntur.

D. AEMON.

IN Regno Portugalliae, seu Lusitaniæ ad Villam Santaren, moderante eo tempore dicti Regni Gubernacula, Rege Don Donis; liberavit Sanctus hic, à dæmone, mulierem quandam vilis quidem conditionis, sed erga se multum devotam. Justa Dei correptione, energumena facta hæc mulier, tentabatur à diabolo, ut se se occideret si salvari vellet, saepius ad facilius persuadendum hoc malum, eidem in forma Cru-

cifixi apparens. Sanctus ergo Antonius, filiam sibi devotam periclitari non sinit; sed à diabolica infestatione eam liberat; idque, per appositionem schedulæ; ad dorsum ejus, cum his expressis verbis subscriptis: *Ecce Crucem Domini fugite partes adversæ; Vicit Leo de Tribu Juda Radix David.*

Homo quidam, Negromantorum inductus sermonibus, ad occultarum rerum notitiam explorandam, circulum ingreditur: sed vix primo pede imposito, ecce pluri dæmonum eidem occurunt, à quibus non parum territus; mox oculis, & lingvâ privatur. Sed subito ad S. Antonium confugiens, oculorum pariter & lingvæ beneficium, patrocinio Sancti recuperat: Ecce fugientes dæmones ad invocationem nominis S. Antonii.

LE

LEPRA.

Miles hæreticus, obviam fit leproso cuidam, ad sepulchrum S. Antonii eō votō prope ranti; ut per intercessionem S. Antonii à morbo lepræ liberari possit. Cui miles illudendo: perge inquit, & si tuus Antonius ab hac tua infirmitate te liberaverit, paratus sum in me eam assumere. Nihil his retentus leprosus, ad sepulchrum accedit, optatāmque recuperat sanitatem. Miles verò totus leprosus factus, suum agnōvit errorem, atque facti pœnitens, veniam à Deo humillimè petiit, leprāmque protinus simul cum hæresi exuit. Si ergo quæris miracula; ecce, **Mors, Error, Calamitas: Daemon, Lepra** fugiunt.

Ægri

Ægri surgunt sani,

Infirmi quacunque tandem ægritudine pressi. per intercessionem S. Antonii liberati sunt. Horum ferè infinitus est numerus. Sed ad rei probationem paucos duntaxat adducam. Padvæ Juvenem quendam Henricum nomine, à tumore colli, vulgô, struma, liberavit.

Monialis quædam Ordinis S. Claræ non infimæ sanctitatis, frequenter instabat apud Deum, ut pro sua mortificatione, adhuc in hac vita poenas purgatorii sibi degustare liceret: fit voti compos. At cùm tantos dolores, debita cum patientia tollerare non valeret; per intercessionem S. Antonii liberata est. Quàm verè itaque per intercessionem S. Antonii ægri surgant sani, hinc sàt abundè colligere potes. *Ce-*

Cedunt mare.

IN maximis tempestatibus maris, Gloriosus S. Antonius de Padva visus est immobilis supra undas stare, easdémque tranquillare, sedaréve, nautas animare, atq; cingulô suô triremes ad optatum portum attrahere. Quæ omnia, *Maris* erga S. Antonium subjectionem manifestè indicant, & probant.

V I N C U L A.

Mulier quædam crudeliter à Marito tractabatur, nam præter adulteria, quæ is committebat, ubi domum revertebatur, panis, & vini loco, in iuriis, & verberibus cam saturabat. Quare in ultimam adducta desperationem, quadam die funem trabi cubiculi applicat, atque eō laqueum sibi parat móx collo impo- nen-

nendum, suspendiō tandem mi-
seram vitam finitura. Cūmque in
proinctu operis esset, magna fe-
stinatione fores pulsari audit, in-
gressumque quamprimum solici-
tari; quare abscondito laqueo,
ad aperiendam januam currit, &
ecce duo Franciscani adsunt, ho-
spitium pro nocte postulantes: in-
terrogati quinam essent, Respon-
derunt se esse, Franciscum, &
Antonium, ex Ordine Minorum.
Respondet ad hæc mulier, se pro
devotione, quâ Santos Franci-
scum, & Antonium prosequitur,
libenter eos recepturam, sicutque
à malo proposito se suspendendi,
liberatur. Sancti autem, mari-
tum mulieris acriter reprehen-
dunt, severèque objurgant. Qui
agnito peccato, meliorem se ex-
tunc Deo, & Conjugi exhibuit.

Pro-

Procul ergo inde absunt vincula,
& laquei, ubi S. Antonii viget
protectio.

M E M B R A.

Non sinè magna impietate,
Matrem propriam quispiam
calce impetierat, quod facinus S.
Antonio confessus, ab eodemque
graviter objurgatus, tanto dolo-
re cordis tactus est, ut in poenam
facinoris, pedem illum sibi ampu-
taverit: sed eundem iterum re-
staurat Antonius, pristinæque re-
stituit incolumitati. Præter hunc,
novem supra decem, alios, varia
membrorum ægritudine laboran-
tes: Quinque item milites para-
liticos curavit. Quinque alios,
quibus spinæ dorsi erant disru-
pæ, sanavit; sex cœcos illumi-
navit. Tribus surdis auditum, &
totidem mutis, loquelas resti-
tuit.

D

tuit. Duos apoplexiâ tactos. Innumerósque alios; variis, iísque periculosisssimis ab infirmitatibus liberavit, Sanctus hic Thaumaturgus. Apage ergo, quisquis affris membra mutila, & manca, precibus, & Patrociniô S. Antonii Padvani, pristinæ integritati restitui non posse.

*RESQUE perditas petunt, &
accipiunt juvenes, & cani.*

A Deò in hoc effusa (ne dicam, prodiga) est, S. Antonii Beneficentia, ut rerum peritarum repertio, peculiari jure, ipsi soli adscribatur. Sed ne longiori sermone limites brevitatis transcedam, rem totam unō saltē exemplō comprobabo, & rei veritatem cofirmabo.

Viro cuidam nobilitate conspi-

cuo

cuo in Mari naviganti, annulus magni pretii, casu in undas exciderat, cùmque nesciret ubi rem perdidisset, servitorem suum ad Conventum Fratrum S. P. Francisci mittit, piscemque non contemnendæ magnitudinis (quem in foro emerat) Fratribus transmittit, rogando eos, ut pro reperatione annuli Responsorium S. Antonii orarent. Dùmque in orando Responsorio Fratres occupantur, cocus piscem exenterat, & ecce annulum visceribus ejus inclusum reperit, & Fratribus monstrat. Qui omnes, summis Deo gratiis actis, per eundem servitorem, annulum Nobili remiserunt. En quomodo, per merita hujus Sancti, res perditæ, petuntur, & accipiuntur.

D 2

Per-

Pereunt pericula.

OMnis illic periculorum vis
restringitur, ubi singularis
S. Antonii viget devotio. In ma-
gno sanè periculo versabatur mu-
lier illa, quæ (*ut suprà dictum
est*) ad inferendam sibi necem
tentabatur.

In pari, imò majori periculo
versabatur novitus ille, quem ad
egressum è religione dæmon soli-
citabat: Quid enim periculosius,
quàm relicto securissimo Religio-
næ vitæ portu, fatalibus mundi
fluctibus involvi? hoc tamen tan-
tum periculum, vel solo halitu S.
Antonius dissipavit. Nonne ergo
ad invocationem S. Antonii, per-
eunt pericula?

Cessat & necessitas.

QUamvis à non cessando, su-
am

am necessitas defumere videatur nuncupationem, novit tamen & hæc, ad Antoniani nominis invocationem, vel invita cessare. Suō nos experimentō doceat Fœmina illa, quæ cùm aliquando vini penuriā laboraret, ad S. Antonium (quem peculiari cultu venerabatur) recurrit, ejusque ope, vas plenum vinō deprehendit.

Vitreum quoque poculum, quod in duas erat fractum partes, per merita hujus Sancti, pristinæ restitutum integritati recepit. Ito ergo, & nega si potes, per merita S. Antonii necessitatem cessare.

Narrent hi, qui sentiunt.

NArrent, imò festivis ubiq; decantent laudibus, favores & gratias, à Deo, per merita S. Antonii concessas, narrent inquam omnes ii, qui manifestissimum ha-

buerunt (& in dies habent) multiplicium favorum, & gratiarum experimentum. Narret perfidus ille hæreticus, qui ad illudendum Sanctum, se oculis finxit privatum. Manifestet mulus ille famelicus, qui post triduanam inediā, ad adorandam in manibus S. Antonii Venerabilem Eucharistiam, relicto pabulo accurrit. Differant pisces, atque volucres illæ, quæ non sînè manifestissima perfidissimorum hæreticorum confusione, ad auscultandos sermones S. Antonii, catervatim convenêre. Res ipsæ insensatæ fateantur. Narrent palmites illi sicissimi, qui igni ad conburendum appositi, pro clariori miraculorum S. Antonii comprobatione, momentô quasi: in duorum hæreticorum manibus, folia, uvásque maturas produxere. Di-

Dicant Padvani.

Illi inquam Padvani, qui continua devotione, miraculosissimi Thaumaturgici hujus Sancti tumbæ assistunt, eandem quotidie intuentur, imò manibus at-tredant. Dicant, & narrent miracula, atque prodigia S. Antonii, felices illi Padvani, qui quotidie experiuntur favores, & beneficia illa, quæ Clementissimus Deus, largissimâ manu, omnibus elargitur ad gloriosissimum illud sepulchrum, ubi Sancti hujus sanctissimi Cineres requiescunt. *Vide de his, Opusculum Bernardini Scalapini de Savona, Italico idiomate, Paduae apud Petrum Lucianum Annò 1652. impressum.*

Item, cui hæc fusiùs videre placuerit, legat Surium Tom. 3. E-

liam de Cortona, & i. partem
Chronic. Frat. Min. Lib. 5. à su-
pradicō Authore citatos. Vide
etiam *Lilium Antonianum*, Au-
thore A. R. P. Francisco Stadfeld
Ord. Min. strict. Obs. idiomate
Germanico. *Viennæ impressum*
apud Matthæum Riccium, 1657.

AD hujus ergo tanti, tamque
mirabilis *Thaumaturgici San-
cti* cultum, quantum possum, te
exhortor *Benevole Lector*, certissi-
mèque tibi promittere ausim, te
per merita Sancti hujus, non so-
lùm peccatorum veniam obten-
turum, verùm etiam, superatis
caducæ hujus vitæ miseriis, æter-
næ fœlicitatis gaudia consecutu-
rum. Nemo enim dubitat, in Au-
lis terrenorum Principum, eorum
aulicorum intercessionem effica-
ciorem esse, qui virtutum suarum
præ-

præstantiâ, majorem sunt meritorum cumulum consecuti. Cujus ergo virtutis, cuius efficaciæ, cùjusq; momenti dicemus esse apud Deum, S. Antonii Padvani intercessionem, quem omnium Sanctorum prærogativis scimus esse dotatum?

Virginem fuisse, testatur incontaminatissimus pudicitiæ flos.

Confessorem denotat, summum fidei Christianæ, non tantum propagandæ, sed & (per manifestissima vitæ discrimina) defendendæ studium.

Martyrem, ardens pro Christo moriendi desiderium, atque austerrissima vivendi ratio.

Apostolum inclamat, varia lingvarum genera.

Prophetam indicant, prædicta duobus Martyria; aliis verò varia

Divinæ munificentiaæ beneficia.

Ad te nunc me converto O Sancte Antoni! clarissimum Lusitaniæ Sydus. Nova Italiæ stella. Asylum tutissimum, ad te cum fiducia recurrentium. Esto omnium eorum protector, atque apud Deum intercessor assiduus, qui supplices, atq; in genua provoluti, tuum implorant auxilium, tuam flagitant opem, tuam solicitant intercessionem, Amen, Amen, fiat, fiat.

PRECATIUNCULÆ

XII.

Quarum quilibet unam in inserto Responsorio gratiam, tam quoad literam, quam moralem sensum continet; possumusque omnes, aut singule pro ratione statu recitari.

I. Mors.

O Martyr desiderio invictissime, S. Antoni! per flagrantem

tem cordis tui fervorem, quô sanguinem, vitamque pro honore Jesu Christi profundere continuò anhelabas, te invoco, ut intercedas pro N. N. omnibusq; Christi fili libus defunctis: méque etiam non tantum ab improvia mala morte corporis, sed vel maximè à pessima morte peccati custodire, mihi que, ac omnibus agonizantibus in hora mortis afftere digneris. *Pater noster, &c.*
Ave Maria, &c.

II. Error.

O Doctor optime S. Antoni ! qui omnibus verbô & exemplo, viam veritatis, & æternæ vitae demonstrâsti; te oro suppliciter, ut mihi, omnibusque Catholicis, in Orthodoxa fide perseverantiam, & incredulis, ac hæreticis, veræ fidei agnitionem

apud Deum impetres, itinerantibus, aut à via aberrantibus Dux itineris existas; Judices, Advo-
catoſ, & Superiores in iuſtitia, &
officiorum administratione errare
non ſinas: méque in omnibus a-
ctionibus, ne à vero, & bono ab-
errem. *Pater noster. Ave Maria.*

III. Calamitas.

O Consolator benignissime S.
Antoni! qui neminem ad tua
præſidia confugientem, desola-
tum dimittis; te rogo humillimè,
ut mihi in hac mea præſenti N. o-
mnique alia calamitate, & affli-
ctione, affiſtas: me ab impatiē-
tia, puſillanimitate, aut despera-
tione, præſerves: atque ab omni-
bus Christianis conjugibus ſpiri-
tum zelotypiæ, & discordiarum,
repellas. *Pater noster. Ave Maria.*

I V.

I V. Dæmon.

O Amator ferventissime Domini nostri Jesu Christi S. Antoni! qui flamma Divinæ charitatis, omnia ignita diaboli jacula consumens, inimicum devincis; custodi, & protege animam, corpùsque meum ab omni infestatione, tentatione, dolō, ac læsione sathanæ, non mihi noceant præstigiæ, venena, aut maleficia quævis; depellas ab hoc, & ab omni loco phantasmatæ, aut quidquid fidelium quieti invidet: disipes etiam bella, discordias, & rancorem inter Christianos. *Pater noster. Ave Maria.*

V. Lepra.

O Prædictor zelofissime S. Antoni, qui peccatorum omnium conversionem anxiè quæsivisti! te interpello devotissimè,

D 7

cor-

corpus meum ab omni macula,
lepra, vulnera, & epidemia; ani-
mam verò ab omni peccati mor-
talis infectione, & reatu conser-
ves, omnémque peccandi occasio-
nem, & conivetudinem, à me a-
moveas. *Pater noster. Ave Maria.*

VII. *Ægri.*

O Thaumaturgice S. Antoni!
per te Dei optimi semper ef-
fulsit omnipotentia; quare anxiè
tuum pro me N. & omnibus æ-
grotis precor subsidium, fana nos,
animámque, & corpus corrobor-
es, ad honorem Dei. *Pater no-
ster. Ave Maria.*

VIII. *Mare.*

O Dux itineris fidelissime S.
Antoni! tibi Deus maris, ac
ventorum concessit potestatem;
quare instanter rogo, subvenire
digneris omnibus in mari, aut
aqua-

aquarum periculis constitutis: removeásque à nobis, nostrísque locis, omnem aquarum inundationem, & tempeitatem. *Pater noster. Ave Maria.*

VIII. *Vincula.*

O Confessor egregie S. Antonii! qui vincula animarum, corporumque, per poenitentiam solvere indefessis Concionibus, ac admonitionibus tuis enixè studiasti; absolve, ac contolare captivos, omnésque injuriarum patientes; & eos præcipue Christianos, qui sub immani paganorum jugo detinentur, aut in periculo animæ inter hæreticos veriantur: assistere digneris etiam omnibus ad mortem condemnatis. *Pater noster. Ave Maria.*

IX. *Membra.*

O Virgo integerrime S. Antonii!

ni! tu meruisti tuis, ac virgineis
brachiis constringere Jesum bene-
dictum Dei Filium; invoco itá-
que te, ut membra mea sana mi-
hi conserves; & auxilieris omni-
bus locis, surdis, mutis, claudis,
aut membrorum usu destitutis,
sicuti & podagræ dolores patien-
tibus; conserva etiam corpus my-
sticum Ecclesiæ, & Regnum,
ut in capitibus vigeat Deo acce-
pta gubernatio, à membris verò
& subditis, debita servetur obe-
dientia. *Pater noster. Ave Maria.*

X. Res perditæ.

O Religiose perfectissime S. An-
toni! qui omnia emolumen-
ta hujs mundi contempsisti, ut
Christum lucrifaceres; adjuva
me, ut res & bona mea, sive no-
minis famam, seu officii statum,
vel dignitatem, seu amicitiam,
præ-

præcipue verò summi Dei gratiam deperditam, recipere merear.

Pater noster. Ave Maria.

XI. *Pericula.*

O Auxiliator sincerissime S. Antoni! qui apud dilectum tuum Jesum omnia vales; tuum invoco supplex auxilium, & præsidium, in omni animæ, corporisque periculo: custodi me ab omnibus visibilibus, ac invisibilis inimicis, à fulgere, & tempestate, aut quidquid animæ, corporique meo damnum inferre potest. *Pater noster. Ave Maria.*

XII. *Necessitas.*

O Asylum securissimum S. Antoni! tua elucet mirificè gratia, quâ omnibus afflictis succurrere consuevisti; non itaque me derelinquas in necessitatibus meis, in paupertate, in penuria & egestate:

state: adjuva etiam & consolare
viduas & pupillos, omnésque,
qui ad te supplices in suis recur-
runt ærumnis. *Pater noster. Ave
Maria.*

Novena, vel Modus co- lendi S. Antonium de Pad- va per novem dies Martis.

Quanta misericors Deus quotidie
per S. Antonium beneficia conce-
dat, afflictis, id ipsum experientiâ di-
dicere ii, qui Piis obsequiis, & maximo
frequentata per novem dies Martis de-
votione Beatissimum hunc Confessorem
sibi devincere studuerunt.

Expertæ est ante omnes Bononiæ in
Italia nobilis illa matrona, quæ Anno
salutis 1617. Hac devotione, ipso san-
cto eam monente, primùm utens,
gratiæ obtinuit singularem. Hæc vi-
ginti jam duos Annos in matrimonio in-
fœcunda, dum divo lachrymis, Pre-
cibüsque frequentibus pro obtainenda

pro-

prole supplicat, in somnis eundem
multo lumine coruscum videt, & sibi di-
centem audit: Imaginem meā in Fratrū
Minorum Ecclesia novem diebus Mar-
tis invisens, gratiam, quam petis,
impetrabis. Paret Mulier, & concipit
ex Marito, sed ille tot annis sterilem,
nunc gravidam uxorem de adulterii cri-
mine suspectam miserè habet; Interea
accedente partū tempore, parit Mulier
monstrum potius quam hominem. Sed
ò rem omnibus retro sæculis in audi-
tam! dum monstrum hoc fasciis invo-
latum, & ad altare S. Antonii delatum
pia mater eidem devotissimis precibus
commendat, primò infantis cujusdam
vox auditur, ex fasciis eum monstro
depositis, & hisce mox explicatis for-
mosa proles reperta est, cuius rei fama
dùm Italiam pervagatur devotioni huic,
quā per novem Martis dies S. Antonius
colitur, initium dedit. Unde nunc
christianorum quam plurimi, ut ab
imminentium, vel etiam præsentium
miseriarum acerbitate liberentur, aut
bene-

beneficium aliquod cùm corporale, tūm spirituale, impetrant, tam salutari vacant devotioni.

Vis & tu benevole lector à sancto Vito auxilium in tribulatione? novem diebus Martis altare; aut imaginem ejus in templo Franciscanorum invise, Officium ejus Majus, vel minus, Litanias aut unam vel alteram ex orationibus supra positis, vel sequentibus prout devotione tibi suggesserit, recita, & quām Gloriosus sic in sancto suo Deus, Experieris: Ut verò facilius patrocinante Di-vo, clementiam Numinis tibi concilies, Confessio svadetur, & Communio ad minus in principio, mediò, & fine, & quoties gravioris delicti ream invenie-ris conscientiam.

ORATIO

*Quā S. Antonius in Patronum
eligitur.*

S. Antoni, gloriose Dei amice,
ego NN. te hodie in Dominum,
Patronum & advocatum eligo,
fir-

firmiterque statuo ac propono,
 me nunquam te derelicturum, ne-
 que contra te aliquid unquam di-
 sturum, aut facturum; neque
 permisurum, ut à meis subditis
 aliquid contra tuum honorem un-
 quam agatur. Obsecro te igitur,
 suscipe me in servum perpetuum;
 ad sis mihi in omnibus actionibus
 meis, nec me deseras in hora
 mortis meæ. Amen.

Oratio Dum novenam quis incipit.

Patrone mi gloriosissime, ô S.
 Antoni Padvane! ad majorem
 Omnipotentis Dei gloriam, &
 Beatissimæ Virginis Jesu Genitri-
 cis Mariæ hanc gratissimam Deo
 prolem novem mensium ipatio in
 Virgineo utero portantis: nec non
 ad novem Angelorum agminum
 laudem, & debitam tui veneratio-
 nem ego, clientum tuorum insi nus
 ho-

die incipio, & continuare propo-
no devotionem illam per novem
dies Martis frequentandam, cujus
tu ipse auctor es, qui matronam
tibi in necessitate supplicantem
tot diebus in Ecclesia Franciscan-
orum aram & imaginem tuam in-
visere jussisti. Quapropter inten-
tioni, quam id ipsum jubens ha-
bueristi, meam conjungens, vene-
rante, imò in te veneror eum,
qui mirabilis Deus in Sanctis fu-
is, perpetuis illustravit te miracu-
lorum splendoribus. Tu igitur,
ô inclyte Dei Amice me famulum
tuum benignè respice, & fuscipe
devotionem in te meam: pro me
verò impende intercessionem tu-
am apud Deum plurimum valitu-
ram. Impetra quælo, mihi omni-
um veniam delictorum; & ut in
futurum peccatis abstinentis Deo

ser-

serviam fideliūs, gratiam, quæ
me confortet, & in bono conser-
vet.

Obtine mihi etiam membrorum
corporis sanitatem, si ita expedi-
at sanitati, & ialuti mentis meæ,
custodi me ab omni hoste visibili,
& invisibili: ab omnibus periculis
& calamitatibus: & ad sis mihi
nunc in hac necessitate mea,
quam nōsti; (hic ex pone vel ore
vel mente necessitatem tuam; vel
id, quod obtainere desideras) pro-
pter quam hac novem dierum de-
votione tibi supplicare intendo.
Tu Sancte Pater, & protector mi,
scis quid mihi expediat. Adjuva
ergo me, & si expediat me jām
exaudiri, impetrem per te benefi-
cium hoc, quod obtainere desidero.

Clementissime Jesu, S. Anto-
nium pro me deprecatum exau-
di;

di; ut dum novendiali hac devo-
tione te in illo mirabilem veneror
eius intercedentibus meritis ea,
quæ suppliciter peto, efficaciter
merear obtinere. Qui vivis, & re-
gnas Deus in æternum. Amen.

O R A T I O

Durante Novena.

Sub tuum præsidium cum firma
fiducia confugio in necessita-
tibus meis; ô consolator afflito-
rum, S. Antoni Padvane; quo-
niam te scio libenter subvenire
omnibus devotis devota mente
auxilium tuū implorantibus. Ve-
neror, ô S. Antoni, & invoco te
toto corde. Ne quæso, finas me
à te recedere solatiô destitutum,
cùm apud te tot fideles animæ
impetrant feliciter, quæ petive-
re fideliter.

O Sancte Antoni! veni quæso,
in

in adjutorium mihi, adjuva me
in necessitate mea, & da mihi
(*exprime saltem mente, quod petis:* quod ad animi quietem sum-
mè necessarium nōlī) Exaudi
me, advocate fidelissime, & à
Domino Jesu ingentem illam
quam peto gratiam, obtine; ut
hoc recreatus solatio, ut recepta
mentis quiete, alacrius curram
viam mandatorum Dei mei.

Dulcissime Jesu, cum profun-
dissima humilitate supplex proci-
do ad pedes tuos, & per merita
S. Antonii te obtestor, ut hoc
quod humiliter peto, mihi indul-
geas, si ad majorem tui nominis
gloriam, & animæ meæ salutem e-
venturum prævideas, quid mihi ex-
pediat, tu bone Jesu icis: quare
pro tua clementia, & mea indigen-
tia mihi succurre, ut hic in tran-

E

qui-

litate Spiritus tibi serviam, & demum te, qui sanctorum tuorum es merces incomparabilis, perfruas in æternum. Amen.

Alia ORATIO.

Adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis, Domine Jesu Christe, ecce venio ad te, ut impetrem auxilium pro necessitate, in qua nōsti me esse constitutum. Sed quia preces meæ non sunt dignæ, quæ Divinæ Majestati tuæ admoveantur auditui, quem Advocatum apud te precariò conduxi, pro me intercedentem benignè exaudias. O bone Jesu! nihil famulis tuis adhuc in hac misericordiarum valle negasti, jam tecum regnantibus in cœlo quid non concedes? ergo intercedat pro me S. Antonius, ut non mea demerita, sed ejus respicias
me-

merita, & auxilium, quod supplex peto, propitius largiaris.

O advocate mi fidelissime S. Antoni! cui Dominus noster Jesus Christus omnes, quas humana patitur infirmitas, necessitates subjecit; & singulari privilegio afflictis succurrenti condecoravit; auxilium tuum mihi imperde in necessitate mea; pro qua intercede pro me apud eundem Dominum nostrum Jesum Christum. Amen.

Alia.

Ecce nunc denuò ad te venio S. Antoni, auxilium tuum imploraturus in necessitate mea, ex qua, te mihi apud Dominum Deum patrocinante, liberari desidero. Et quando tandem exaudies quotidie ad te clamantem famulum tuum? quando consola-

beris me, qui succurris omnibus
ad te confugientibus? ô S. Anto-
ni, ne derelinquas me!

Per singulares (quibus Deus o-
mnipotens etiam in mortali hac
vita te condecoravit) gratias: per
illam, quam dedit miseris succur-
rendi virtutem: per clarissimam,
quam animæ tuæ, consumato vi-
tæ mortalis decursu, contulit glo-
riæ coronam; obsecro te, respice
me pedibus tuis prostratum, &
auxilium (quod humili corde po-
stulo) largiri ne differas. O Pa-
trone mi, Antoni dilectissime!

O R A T I O
Ad Jesum, & S. Antonium, cùm
quis experitur se nondum exau-
ditum.

AD Dominum cùm tribularer,
clamavi; sed peccatis meis
ita exigentibus, nondum exaudi-
vit

vit me. O Domine Jesu! usque-
quo clamabo, & non exaudies?
vociferabor ad te, & non salva-
bis?

Ad te etiam ô S. Antoni clama-
vi, & tuam intercessionem implo-
ravi ad sublevandam necessitatem
meam; sed justô Dei me castigan-
tis judiciô gratiam, quam tot pe-
tivi votis, nondum merui obti-
nere.

O bone Jesu! doleo, quòd
unquam offenderim te, qui es
summum bonum, quod desidero!
O mi Jesu! da veniam pœnitenti,
cum gratia declinandi à malo, &
perseverandi in bono, firmiter
enim jam propono amplius non
peccare, ne peccando separer à
te. O bone Jesu! adjuva inten-
tionem meam, qui perspectam
habes imbecillitatem.

O S. Antoni, his suspiriis meis
& precibus, heu nimiū imbecil-
lis! efficacem tuam junge inter-
cessionem: tunc enim faciliū ex-
optatam consequar in necessitate
gratiam, si obtentā tuis meritis
peccatorum veniā, Jesum Patrem
optimum accedam purā consci-
entiā. O Jesu svavissime, misere-
re mei, & exaudi me!

*Gratiarum actio post obtentam
gratiam.*

A D Dominum cùm tribularer,
clamavi, & exaudivit me,
te ô svavissime mōrentium con-
solator S. Antoni, pro me inter-
cedente apud Patrem misericor-
diarum, qui placidum semper pre-
cibus tuis præstat auditum. Verè
nunc scio expertus, quòd nullus
Deo frustrè supplicet, qui sup-
plicat per Antonium.

O S. Antoni, quām es benignè me consolatus, dum te juvante obtainui, quod rogavi! ex intimo corde pro omnibus beneficiis unquam mihi, & nunc præsertim exhibitis, gratias ago, agāmque semper quoad vixero, & in servum me tibi perpetuum dedico. Eja S. Antoni, suscipe me in servūm, & sub te duce, Domino meo Jesu Christo servire volentem, doce me facere, quod Divinæ acceptum noveris Majestati.

Clementissime Jesu, qui Sanctorum tuorum es corona, quibus qui servit, servit tibi: quos qui glorificat, te glorificat: glorifico te in sancto Confessore tuo Antonio, quo patrocinante exaudiisti, & consolatus es me, tribuens clementer, quæ postulavi fideliter. Superadde etiam hanc

bone Jesu, gratiam, ut in mortalis decursu vitæ fideli obsequio tibi serviens, hoc tandem absoluto, audire merear: Serve bone, & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Fiat ô bone Jesu! Añ.

O R A T I O
Absoluta Novena.

Ecce! quibus potui laudibus te prosecutus sum, S. Antoni Padvane, advocate mi fidelissime! devotionem, te auctore, novem diebus Martis continuatam frequentavi: quæ tibi grata fore arbitrabar, perfeci: propositum (*votum*) persolvi. Et quamvis eō, quō par fuit, non fuerim usus fervore, tamen spero tibi, qui perspectam habes imbecillitatem meam, acceptam fore pietatem, propter quam etiam exaudies me, & dabis mihi peti-

tionem cordis mei (*si te auditum sentis, dic*) Exaudiisti me, & dedisti mihi petitionem cordis mei, pro quo tibi, quas possum gratias ago.

Et nunc ô S. Antoni, obsecro te, ut de cætero adsis mihi in omnibus necessitatibus præsentibus, & futuris, & obtineas mihi gratiam, quâ confortatus in bono, declinem à malo; Deum & Dominum nostrum Jesum Christum diligam, illi serviam, & demum illô perfruar in æternitate beata. Amen.

Pater noster. Ave Maria.

N O V E M

Breves Orationes, quæ ad impe-
trandam singulariæ gratiam, per my-
steria vitæ S. Antonii recitari poterunt.

I.

Gloriosissime S. Pater Antoni,
E 5 clau-

clarum Sanctorum Literarum per Hispaniam Lumen, ac verum afflictarum animarum Asylum; inclina obsecro benignissimas aures tuas, ad humillimas preces meas, animæque meæ, apud Altissimum gratiam impetrare digneris, idq; precor per innocentissimam pueritiam tuam. *Pater noster. Ave M.*

III.

Gloriosissime S. Pater Antoni, gloria Prædicatorum, virtutum fundator, acerrimèque vittorum reprehensor: te supplex rogo, ut mihi pientissimi pectoris tui viscera repandas, impetrando à Domino Deo nostro gratiæ subsidium, quâ illud impetrem, quod in hac mea necessitate devotus postulo: idque precor per annos istos, quibus in Ordine S. Augustini, laudabiliter es con-

VER-

Versatus. Pater noster. Ave Maria.

III.

Gloriosissime S. Pater Antoni,
sal terræ, & lucerna mundi
supræ candelabrum Ecclesiæ col-
locata; civitas supra montem
contemplationis posita; invoco
te humillimè, ut subintrent in
cōspectu benignissimæ charita-
tis tuæ, afflicti cordis mei suspiria,
impetrésque à Deo desiderii mei
exauditionem, & progressum: id-
que precor per annos istos, quos
sanctissimè in Ordine Seraphici
Patris nostri Francisci transegisti.

Pater noster. Ave Maria.

IV.

Gloriosissime S. Pater Antoni,
sanctissimæ Angelorum Re-
ginæ addictissime Famule, cum
hic cœlorum Imperatricæ apud
dilectissimum Filium ejus pro me

intercedere, mihi que impetrare digneris peccatorum meorum veniam, Divinæque gratiæ augmentum, & auxilium in omnibus necessitatibus meis: idque precor per incomparabilem illam cordis tui lætitiam, quâ suffundebaris, dum in brachiis tuis commoraretur svavissimus Puerulus Jesus. *Pater noster. Ave Maria.*

V.

Gloriosissime S. Pater Antoni, orphanorum, ac pupillorum Pater, fœcundissima pro corde sterili gratiæ cœlestis pluvia, & sanctæ orationis ferventissime amator; rogo te humiliter, ut me quamvis indignum, in servum tuum recipere, mihi que in omni spirituali, ac corporali necessitate succurrere digneris, impetrando

do mihi à Deo nostro vivam fidem, quâ merear exaudiri: idq; precor per plurima illa, quæ in hoc mundo operatus es miracula. *Pater noster. Ave Maria.*

VI.

Gloriosissime S. Pater Antoni, fortis pœnitentiæ columnæ, securum contra tentationes scutum, & certa ignorantium via; obsecro te, ne despicias justa desideria, & postulationes meas; verum participem me facias bonorum fructuum, & virtutum sanctissimæ animæ tuæ, obtinendo à Deo nostro per communicacionem pretiosissimi sanguinis sui, ut spes mea ad optatum pertingat portum: idque precor per sacramissimam mortem tuam. *Pater noster. Ave Maria.*

VII.

Gloriosissime S. Pater Antoni,
nova lux Italiæ, nobile de-
positum Urbis Paduanæ, Gallia-
rum instructor, universale Christi
fidelium animarum solatium, tu-
um imploro patrocinium: impe-
trare digneris apud Altissimum in-
tellectui meo veram fidem, animæ
meæ ferventem charitatem, fir-
mam cordi meo spem, quæ non
confundat. Idque precor per so-
lennem illam animæ beatæ tuæ in
cœlestia regna susceptionem.

Pater noster. Ave Maria.

VIII.

Gloriosissime S. Pater Antoni,
vivum professorum Evange-
lii exemplar, dulcis infirmorum
consolatio; ac omnium affligto-
rum, aut tentatorum refugium.
Te enixè rogo, ne obliviscaris in-
timos

timorum cordis mei suspriorum,
 sicut non oblitus es lacrymarum
 affliti, & innocentis ad mortem
 condemnati Patris tui, atque
 animæ meæ subsidium impetra
 Divinæ gratiæ, quā merear exper-
 riri in omnibus justis meis petitio-
 nibus Altissimi favorem, & exau-
 ditionem: idque precor per exi-
 miam lætitiam, quæ inter te, ac
 Seraphicum Patrem nostrū Fran-
 ciscum intercessit, dum vos repe-
 riretis simul in cælo. *Pater no-
 ster. Ave Maria.*

IX.

Gloriosissime S. Pater Antoni,
 clare Divinarum literarum
 splendor, vigilantissime castitatis,
 ac puritatis zelator, amantissime
 S. Crucis Alumne. Te invoco sup-
 pliciter, ut mihi in hora mortis
 meæ assistas, meque defendas ab

in-

infernali inimico; ut tunc confortata anima mea, ore, ac corde benedicat Deum meum. Nunc obtine mihi pro reliquo vitæ meæ tempore, misericordiæ Divinæ subſidium; ut cognoscant in me omnes gentes immensam Dei bonitatem, ac glorificant ex me Nomen sanctum ejus. Idque precor per ineffabile illud gaudium, quō replebatur sancta anima tua, dum se æternæ conspexit insertam beatitudini, ubi facie ad faciem contemplatur Dei essentiam, & majestatem. *Pater noster. Ave Maria.*

ORATIO ad S. Antonium.

O Sancte Antoni! candidum, & svavissimum virginitatis lillum, gemma pretiosa paupertatis, abstinentiæ speculum, forma puritatis, sanctitatis splendidis-

dissima stella, paradisi pulchritudo, columna sanctæ Ecclesiæ, prædictor gratiæ, vitiorum extirpator, seminator virtutum, consolator afflictorum, ardentissima Divinæ charitatis, & amoris flamma, clarum sydus Hispaniæ, nova lux Italiæ, resplendens astrum Padvæ, æmule Seraphici Patris tui Francisci, pacis, & unitatis amator, mundanæ vanitatis contemptor, sacræ catholicæ fidei lumen, Martyr desideriō, gloriose hæreticorum triumphator, thaumaturge prodigiorum operator, refugium securissimum omnium ad te configientium.

Tu, ô S. Antoni! meruisti tuis sanctis brachiis constringere Filium Dei altissimi: tu ardentissimis tuis concionibus accendiſti in peccatorum mentibus Divinæ cha-

charitatis flammam. Ego itaque miser peccator enixè te rogo, ut me in tuum suscipias patrocinium, & mihi impetres de peccatis veram contritionem, humilem mei ipsius agnitionem, lacrymarum donum, piam in orationibus attentionem, abstinentiam à malo, sanctæque contemplationis exercitium. Et tu cùm sis ardentissimi Divini amoris flamma, cor meum frigidum, & tepidum, igne charitatis Dei ita accende; ut meipsum, mundum, carnem, & diabolum semper despiciam. Añ.

S E P T E M D E V O T Æ
Cōtemplationes super vitam gloriost S. Antonii de Padva, distributa
per septem Hebdomadis dies.

D I E D O M I N I C A.
S. Antonius in decimo quinto etatis anno, spreto mundo, Religiosus efficitur.

Q-

O Mnipotens, & æterne Deus!
Principium. sinè principio,
& infinitus Finis omnium rerum,
qui ineuntem famuli tui Antonii
juventutem, vivaci illustrâsti ra-
diô illius lucis, quæ est perfectio
animæ, per quam gratiam obti-
nuit præcavendi præcipites sen-
sualium voluptatum voragine;
tu inquam. fons misericordiarum.
indeficiens dulcissime Domine
Deus, mihi per gratiam tuam
concede, ut tepida, & frigida
anima mea, obruta turbidâ aquâ.
delectationum carnis, obfuscata
densis infinitorum peccatorum te-
nebris, seducta vano splendore
terrenarum deliciarum; figat tan-
dem oculos suos, in incompre-
hensibilem pulchritudinem tuam,
& illuminata Divini tui amoris
radiô, clare agnoscat omnem kar-
jus.

ius mundi pulchritudinem, omniaque bona, meram esse tantum umbram tuæ, tanquam summi veri boni formositatis, adeòq; omne quod ipsam à te separare posset, fugiat, & despiciat, tèq; solum firmissima fide, & serenissima charitate quærat, & amet: effunde ô benignissime Domine super cor meum aridum, torrentem dulcissimi superni nectaris! quô Seraphicus amator tuus Antonius perfusus contempfit omnem mundi voluptatem, ita, ut illô inebriata anima mea, in te se totam transformet, in te solo conquiescat, & te super omnia solum desideret; fiat, fiat. *Pater noster, &c.*

DIE LUNÆ.

S. Antonius ex fervido Martyrii desiderio Seraphicum Ordinem ingreditur.

Increa-

Increate Creator, verum bonum,
& incomprehensibilis ipsa bo-
nitas, & perfectio omnium rerum
Deus! indigna ego creatura tua,
ardentissimè desiderans manifesta-
re tibi veram agnitionem meam,
infinitorum mihi à liberalissima
bonitate tua, concessorum bono-
rum, maximè verò, quòd pretio-
sum tuum effundere dignatus es
sangvinem, ut amplissimum cul-
parum mearum debitum, in libro
tuæ justitiae descriptum deleres;
agnosco autem indignitatem me-
am, unde non immerito vereor,
& mihi timeo, adeoque apud in-
finitam misericordiam tuam, in cu-
jus corde tam fervidum excitasti
Martyrii desiderium, ut actuali
sangvinis effusione coequari pos-
se

se videretur. Te benignissime Deus, per ardentissimam illam famuli tui Antonii charitatem, quâ supernè succensus tam diu, continuò moriens sentiebat Martyrium, quamdiu vivens, intimè prote te unicâ spe suâ mori cupiebat; accende in frigida anima mea ignem tui amoris, & fac, ut tota ardeat desideriô pro te copiosè fundendi sanguinem, quô resperfa, mundetur ab omni peccatorum macula: da, ut in corde meo tam clara imprimantur contritionis, & doloris vestigia, ut iis tanquam veris characteribus conspi ciatur intensio poenitentiæ meæ, & satisfiat, hoc meô spirituali Martyriô, Divinæ justitiæ tuæ, Amen. *Pater noster, Ec.*

DIE

DIE MARTIS.

S. Antonius petit, & obtinet à
superioribus, solitariè vivendi veniam.

Gloriosissime S. Pater Antoni,
Divini amoris igne inflam-
mate Seraphim, qui recogno-
scens in hoc infelici vitæ statu
nullam esse meliorem societatem,
quām animum in se bene compo-
situm; desiderāsti, ac obtinuisti
facultatem solitariè vivendi, ut
solitudo, tanquam fida contem-
plationis ministra, & securum co-
gitationum refugium, in anima
tua tranquillum supernarum deli-
ciarum extruderet Paradisum; un-
de tu separatus ab omnibus ho-
minibus, Angelorum fruebaris
conversatione; ab alienatus à
creatulis, appropinquabas Crea-
tori, cælorumque incola factus,
etiam hic in hac misericordiarum valle
præ-

prægustabas incomprehensibile
gaudium, quô perfruuntur in cœ-
lis Beati. Ecce ego ad te S. Anto-
ni recurro, téque invoco, ut cùm
in conspectu summi Dei compa-
rens, solicitabis expeditionem il-
lorum supplicum libellorum,
quos per te Divinæ Majestati tui
offerunt clientes: impetres misé-
ræ animæ meæ angustiatæ à pas-
sionibus, obsessæ à vitiis, & pro-
stratæ à concupiscentiis, dulcem
illam solitudinem, in qua exuta
terrenis gaudiis, vestiatur spiri-
tualibus ornamentiis, felicique à
se transitu, ad suum se erigat
Creatorem, cum ipso solo con-
versetur, ipsique familiaris effe-
cta, per tuam intercessionem ad-
discat, in tali solitudine optimam
esse societatem, cognoscatque
quòd gaudia, & deliciæ terrenæ
mo-

moriendo nascantur, & nascendo evanescant; unde ab ipsis me separans, omnia mea desideria dirigam ad illud verum summum bonum, in quo solo acquiescit anima mea, sicque merear post mortem tecum frui cœlesti beatitatem. Amen. *Pater noster, &c.*

D I E M E R C U R I.

S. Antonius diu abscondit profundam suam Doctrinam, quæ Dei mirabilis providentia manifestatur.

O Sancte Antoni! lucerna splendidissima Spiritus Sancti, qui sub candido innocentiae velo, humillimè diu abscondisti profundam tuam, non humanò studiò acquisitam, sed ab infinita Dei sapientia infusam animæ tuæ doctrinam; nec illam manifestare voluisti, quoad usque veluti lucidissima fax, cœlesti, & Divinæ

gratiæ igne succensa, felici incendiō inflammaret plurium corda. Ah Advocate mi fidelissime! ab incomparabili tui, méique dulcissimi Domini bonitate impetra mihi, ut vel unica scintilla Divini luminis animam meam succendat, ut ardeat amore, & illuminata cœlesti gratiâ, unicè suum desideret, & requirat principium. Intercede pro me, ut de nulla in me forsitan reperta virtute me jactem, vel vanam sentiam gloriam; sed abnegando me ipsum, omnémque propriam voluntatem taliter in oculis meis vilescam, ut tui imitator & assecla, me ipsum nihil reputem, veræque ac profundæ studeam humilitati, & optem, ac quærar tantummodo magnus fieri coram Domino, ejusque placere oculis,

lis, cui gloria est in sæculorum
sæcula, Amen. *Pater noster, &c.*

D I E J O V I S.

*S. Antonius omnes maligni illu-
siones agnoscet, illudensque fugabat.*

O Infinitæ, & æternæ sapien-
tiæ dulcissime Jesu! qui ani-
mam dilecti famuli tui Antonii,
tam copiosâ Divini lumenis tui
gratiâ illustrasti, ut omnes sathanæ
fallaces illusiones ipsi essent
manifestæ. Concede mihi be-
nignissime Domine, per omnes
pios & fructuosos Patroni mei
in tuo servitio exantlatos labo-
res, ut sublevem cordis mei ocu-
los ad te verum animæ Lumen,
quô illustratus & accensus pel-
lam frigiditatem me ambientem;
& detractô velô, oculis mei in-
tellectus, ab inimicis meis impo-
sito, discernam, & clarè agno-

scam insidias positas animæ meæ:
nec me sinam decipi fallacibus
apparentium voluptatum dele-
ctamentis; quæ aliud non sunt,
nisi umbræ fugaces, larvæ noctur-
næ, & fumus citò evanescens.
Aperi ô Domine oculos meos!
ut præcipitia inferni tecta sensua-
lium deliciarum floribus conspic-
iam, nec abducar à sancta ope-
ratione virtutum, quæ præcunte
tuæ gratiæ lumine demonstrant
veram beatæ æternitatis viam,
ad quam me per tuam infinitam
misericordiam pervenire conce-
das, Amen. *Pater noster, &c.*

D I E V E N E R I S.-
S. Antonius, miro in Orationibus
fervore clarebat.

Fidelissime Advocate mi, An-
toni beatissime, clarissimum
sanctitatis speculum; tibi ab in-
de-

deficiente æternæ benignitatis fonte, tanta cœlestium Orationum copia communicata fuit, ut Divina justitia cederet precibus tuis, unde tibi tantum semper concedebatur, quantum charitate Dei ardens postulabas; oro itaque te, per plenitudinem gratiæ tibi à liberalissima munificentia Supremi Monarchæ concessæ, ut ab infinita ipsius bonitate, mihi impetres eum in oratione mea fervorem, & efficaciam, ut dirigantur, sicut incensum in conspectu Dei, & suavi odore fiant manifesta desideria mea, quibus solummodo cupio uniri cum Domino Deo meo; quia præter & extra ipsum, nullum agnosco gaudium, quô recreari; nullum thesaurum, quô ditari; nullum honorem, quô eminere; nullum

fulcrum, quō sustentari; nec vitam, quā vivere cupiam: merear itaque nunc, & semper exaudi-ri, Amen. *Pater noster, &c.*

S A B B A T O.

*S. Antonius familiarissimè con-versatur cum Divinissimo Puerulo
J E S U.*

O Antoni simplicissima & intaminata Columba! qui puritate innocentiae tuæ nitidissimo candore, ardentiissimo amore, ac intemerata virginitate tua te similem reddere studiisti Agnello illi immaculato, qui de purissima Virgine nasci dignatus est, & meruisti, ut ipse te suavissima amoris exhibitione complectetur, dulcissimus inquam, Puerulus Jesus; à quo ea teneritudine tractatus fuisti, ut in immenso quasi pelago dulcedinis submersus,

sus, & supra humanæ naturæ conditionem exaltatus experire-
ris in anima tua infinitæ suavita-
tis Paradisum, & raptus jucun-
dissima extasi fruereris illō jubilō,
qui omnis amaritudinis est
condimentum, factusque Angelorum confrater prægustares hic
in terra plenitudinem gaudii Cœ-
lestis. O quām grande supremæ
suavitatis diluvium irrigabat ani-
mam tuam! cùm dilectissimus Je-
sus infantibus suis brachiis
(quæ totum crearunt, & con-
servant Universum) stringeret
tanquam pretioso monili, & tor-
que collum tuum; ita ut tantam
ipsius contemplando pulchritu-
dinem & benignitatem, inebria-
tus cœlesti beatitate, vix discer-
neres, si in terram cœlum, aut
cœlum in terram transformatum

esset. O Advocate mi singularissime! quando ita dulciter complecteris suavissimum Jesulum, recominendas eidem amore languentem hanc animam meam pauperculam; & impetra, ut ipsam ab omni peccatorum forde ita immaculatam & mundam conservare valeam, quatenus amore & amplexu Jesuli nostri digna reddi mereatur, Amen.

Pater noster, Ave Maria.

Quicunque S. Antonium de Padua pro singulari Patrono habere, Deumque impensis colere desiderat; quotidie preter Commune illius Responsorium, tres Genuflexiones coram venerabili altaris Sacramento, vel alibi locorum, illud sibi imaginando, sequenti formâ peragat: sciatis que se exaudiendum, nisi aliquid contrari Dei honorem, & animæ sue salutem pertierit.

G E-

GENUFLEXIO I.

O Sanctissima & super benedicta Trinitas! coram Sacro-Sancto Sacramento veri Corporis & Sangvinis Jesu Christi, me tibi prosterno in unione illius ardentissimæ charitatis, quâ S. Antonium ad æternam visionis tuæ beatitudinem elegisti, & ante mundi constitutionem in eo tibi complacuisti, perenniterque in illo jucundaris. * Propter hoc ô magne Deus! sit tibi benedictio, claritas, sapientia, gratiarum actio, virtus & fortitudo à me, & omnibus creaturis tuis in cœlo, & in terra, & sub terra, in iæculorum sæcula, Amen.

*Pro omnibus donis & gratiis S. Antonio
in tempore & æternitate collatis. Pater
noster, Ave Maria. stando.*

GENUFLEXIO II.

O Sanctissima Trinitas ! prosterno me tibi in unione illius magnæ charitatis , quâ S. Antonius tuum cor cum Deitatis tuæ omnipotentia ad se traxit , ut per hanc immensæ pietatis tuæ abundantiam , cœlestium donorum charismata exorare & elargiri valeat , quibus tua Divina gloria quotidie augetur , & S. Antonius celebratur . * Propter hoc ô magne Deus , &c. *ut suprà.*
Pater noster, Ave Maria. stando.

GENUFLEXIO III.

O Sanctissima Trinitas ! hâc Genuflexione in cœlo & in terra satisfacere tibi desidero pro omnibus iis , quæ S. Antonius pro debita honoris tui & fidei exigentia , ex humanæ carnis fragili-

gilitate exequi non potuit: idque
in unione illius summæ devotionis,
charitatis, & humilitatis,
quibus hoc ipsum facturus esset,
si adhuc in terris degeret, eamque
cognitionem haberet, quā
in Cœlis modo refulget. * Propter
hoc &c. ut suprà. Pater no-
st̄er. Ave Maria. stāndo.

Oremus.

O Mī dulcissime Patronē S.
Antoni! in unione dulcissimi
cordis Domini nostri JESU
Christi, in quo omnia sui corpo-
ris vulnera passus est, & quod
aperiri voluit, te deprecor, ut te
mihi exhibeas, quantus coram
Divino aspectu sis, mēque spei
mæ participem facias in hac tri-
bulatione mea N. ut cum omni-
bus qui te in necessitatibus suis
invocant, læto corde exclamare

valeam: in S. Antonio fideliter ser-
vo verè vivit & regnat Deus, per
omnia sæcula sæculorum, Amen.

O Sanctissime Antoni! in æter-
num laudetur benedicta lingua
tua, quæ semper Deum benedi-
xit, & eum benedicere fecit ;
quod miraculosè apparet, quan-
ti apud Deum meriti fueris ; quo-
niam illa post triginta & duos
annos ab obitu suo elapsos, tota
rubicunda & recens inventa est,
& Patavii hodierna adhuc die
videri potest.

Devota Oratio ad S. Antonium.

SAlve ô electe mi, apud Divi-
nam Majestatem Advocate S.
Antoni Padvane! salve, & boni-
tate confreta respice me in prin-
cipio hujus diei, te venerantem
& auxilium tuum implorantem;
adsis mihi ô S. Antoni! ut quid-
quid

quid hodie agam, ad majorem
Dei gloriam idipsum dirigatur:
qua propter protege me contra
tentationes inimici; nec permit-
te, ut temptationibus succumbens,
malignâ delectatione, aut con-
sensu peccem; potius te adju-
vante temptationibus superatis in
virtute proficiam, quô Deo, ac
Domino placere valeam. Obs-
cro etiam ô S. Pater! ut ab omni-
bus mentis & corporis periculis
illæsum conserves; nec finas con-
fundi me, qui hac die omnipo-
tenti D E O, benedictæ Virginis
Mariæ, S. Josepho, tibique, &
omnibus SS. vivere & servire de-
sidero..

Oremus.

Interveniat pro nobis quæsumus:
Domine, Sanctissimus Confes-
tor Antonius; quem virtutibus,

miraculorum prodigiis, & signis
decorâsti. Per Christum Domi-
num nostrum, Amen.

HYMNUS

In Processione cantandus.

EN gratulemur hodie
Christo Regi jucundius,
In cuius aula gloriæ
Jam jubilat Antonius.
Francisci Patris æmulus,
Sic illi se contemperat,
Ut fonte manans rivulus,
Aquas vitæ circumferat.

Longè latéque diffuit,
Sitique mortis aridos
Verbo salutis imbuit,
Dans rore sacro vividos.

Hic stigmatum qui bajulo
Patri natus innititur,
Dum prædicat de titulo,
Confixus ille cernitur.

Sub

Sub tanto duce militans,
Vincendo se non vincitur,
Duci miles cohabitans,
Jam bellô non concutitur.
Nos in campo certaminis,
Patrum zelantes gloriam:
Hic sub re nostri nominis,
Vincamus ignominiam.
Præstet hoc Nati Genitor,
Hoc Genitoris Genitus,
Ac par utrique conditor
Paraclitus hoc Spiritus.
Amen.

ORATIONES

*Ad Patronas, & Patronos
Congregationis S. Antonii.*

HYMNUS

De Sancta Catharina Bononiensi.

O Catharina nobilis
Sancti Francisci filia,
Quæ

Quæ vitæ semper labilis,
 Falsa sprevisti gaudia:
 Ad sponsi Jesu nuptias
 Exemplô, verbis, opere,
 Plures traxisti filias
 Devotas sacro foedere.
 Vicisti carnis lubricum,
 Figuram mundi labilem,
 Et dæmonem falsidicum
 Ob zelum Jesu stabilem.
 Uni trinoque Domino
 Sit sempiterna gloria,
 Qui vitam sinè termino
 Nobis donet in patria. Amen.
 R. Ora pro nobis beata Catha-
 rina.
 R. Ut digni efficiamur promis-
 sionibus Christi.
 Ant. Sponsa Jesu amabilis Ca-
 tharina Virgo, quæ nunc in æter-
 na patria sublimaris, almis tuis pre-
 cibus fac nos confortes cœlestium
 civium, quibus collætaris. Ora-

ORATIO.

Concede nos famulos tuos
Deus, beatæ Catharinæ Vir-
ginis suffragiis adjuvari, cuius
odore unguentorum trahimur ad
tua sancta lætantes. Per Domi-
num nostrum &c.

HYMNUS

De Sancta Catharina Senensi.

Ave Virgo Catharina
Corona castitatis,
Divini amoris nuntia,
Magistra Sanctitatis.

Caro, mundusque labilis
Est à te despicatus,
Serpentis astus flabilis
Est per te profligatus.

Christi premens vestigia
Calcasti vanitatem,
Mundi cavens præstigia
Patrisque levitatem.

A Spon-

A Sponso ter amabili
 Miraculis ornaris,
 Dum stigmatum mirabili
 Nota, sic honoraris.
 Lauro revinctam fulgida
 Nunc exornant coronæ,
 Nec sæculâ mundi turgida
 Jam fatigant honore.
 Quocunque tendis clangitur
 Inter Virginum choros,
 Hic nullus luctu tangitur,
 Nam Jesus efficit lætos.
 Nostras huic miserias,
 Propone Virgo potens,
 Æternas ut delitias.
 Conferat nobis clemens.
 Te Catharina poscimus.
 Esto Patrona Victrix,
 Ut labe carens Spiritus
 Noster, excat felix.
 Fac nos tecum collætari
 In cœlesti gloria,

Te

Te cum Sanctis collaudare,
 Inter mille gaudia. Amen.
 ¶ Ora pro nobis S. Catharina.
 ¶ Ut digni efficiamur promissio-
 nibus Christi.

Antiph. Veni Sponsa Christi
 accipe coronam, quam tibi Do-
 minus præparavit in æternum.

ORATIO.

DA quæsumus omnipotens
 Deus, ut qui beatæ Catha-
 rinæ Virginis tuæ natalitia coli-
 mus, & annua solemnitate læte-
 mur, & tantæ virtutis proficia-
 mus exemplo. Per Dominum no-
 strum Jesum Christum. &c.

LITANIAE

Sanctæ Claræ Virginis.

Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison.
 Christe audi nos.
 Christe exaudi nos.

Pa-

Pater de cœlis Deus, miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.

Spiritus Sancte Deus, miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.

Sancta Maria,

Sancta Maria Regina Virginum,

Sancta Maria Virgo, & Virginum Mater,

Sancta Clara Virgo nobilissima,

Virgo dulcissima,

Virgo ardentissima,

Virgo pulcherrima,

Virgineum vas puritatis,

Virgo honorabilis,

Virgo admirabilis,

Virgo gratiofa,

Sancta Clara

Ora pro nobis.

Elias

Santæ Clari

Filia æterni luminis,
 Sponsa Christi dulcissima,
 Virgo Christi pauperrima,
 Ærarium Spiritus Sancti,
 Blandiens cum Angelis,
 Filia Apostolorum,
 Planta sancti Francisci,
 Stella splendidissima,
 Lux & exemplum nostrum,
 Nata pauperibus,
 Nardus electa,
 Viola humillima,
 Rosa odorifera,
 Rosa dulcissima,
 Rosa rubicunda,
 Rosa aurea,
 Rosa candidissima,
 Rosa cœlestis,
 Cedrus exaltata,
 Columba argentea,
 Columba purissima,
 Gemma pretiola,
 Mater Solatii,

Ora pro nobis.

De-

Decor, & renovatio nostra, exaudi nos Sponsa Christi.

Defende nos Sponsa Christi.

A cæcitate mentis,

A vanitate, & negligentia,

Ab amore proprio,

A torpore animi, qui Christum non quærit,

A superbia & ambitione,

Propter Nativitatem pueri Jesus, ex qua tu à Domino singularē solatium obtinuisti,

Propter Paupertatem JESU Christi, & amarissimam ejus Passionem, cuius dolores Cor tuum penetrârunt,

Propter Passiones, & dolores, quos in mortificatione virginis corporis tui sustinuisti,

Propter gloriosum Corpus Domini, qui te cum Sororibus tuis blandè consolatus

Defende nos Sponsa Christi.

tus

tus est, & ab hæreticis cu-
stodivit,

Propter Sanctissimam Dei Ge-
nitricem, quæ te in agone
vestitu Angelico exornavit,
& cum cœtu sanctorum Vir-
ginum visitando consolata
est,

Propter amorem dulcissimi
Sponsi tui, qui te cœlesti
gloria dignam fecit, & in
terris multis miraculis cla-
rificavit,

In hora mortis.

Sponsa Christi.

Nos miserrimi Peccatores. Te
rogamus audi nos.

Ut in religione promptum ani-
mum stabilémque amorem tri-
buas. Te rogamus audi nos.

Ut nobis impetres, despiciendo
mundum cum Christo adunari.

Te rogamus audi nos. Ut

Defende nos Sponsa Christi.

Ut qui in hoc loco te invocamus, & sequi desideramus, in regno charitatis animabus nostris æternam beatitudinem impetres,

Ut pro nobis intercedendo obtineas; ut veste nuptiali exornati, & ardentibus lampadibus colluentes, obviam Christo cum Virginibus prudentibus venire possimus,

Sancta Virgo Clara Mater amabilis audi nos te invocamus.

Sancta Virgo Clara, dulcis advocata nostra felicita te laudantes.

Antiph. Salve Sponsa DEI,
Virgo sacra, Planta Minorum, tu
Vas munditiæ, tu prævia forma
Sororum, Clara tuis precibus duc
nos ad regnae polorum.

¶. Ora

Te rogamus audi nos.

¶. Ora pro nobis S. Clara.

R. Ut digni efficiamur promis-
sionibus Christi.

ORATIO.

Famulos tuos quæsumus Do-
mine, beatæ Virginis tuæ Cla-
ræ votiva natalitia recensentes,
cœlestium gaudiorum sua facias
interventione participes, & tui
unigeniti cohæredes. Qui tecum
vivit & regnat in unitate Spi-
ritus S. Deus. Per omnia sæcula
sæculorum, Amen.

MODUS EFFICAX.

*Faciendi novenas ad honorem
Sancti Petri de Alcantara.*

Illos qui volunt hoc sanctæ devotio-
nis exercitium facere ad honorem
Sancti Petri Alcantarani, suppetit du-
plex modus: primus eorum erit effi-
cacissimus, & accomodus pro omni
statu, ac conditione Personarum, cùm

sit practicandus in die Festivo, nempe *Dominica*, & erit tanto plus accommodus, ac commodus, quanto certius ex præcepto Ecclesiæ quivis tenetur, & obligatur servilia opera intermittere. Sanctificare Festum diem, & in spiritualibus exercitiis, aliisque piis operibus consumere. Hinc faciendo istud sanctum exercitium, simul eodem tempore, satisfaciunt præcepto, quod obligantur; ac proinde impetrant patrocinium istius gloriosissimi Sancti, ut ipsemet Dominus noster *Iesus Christus* promiserat S. Theresiæ nullam fore negandam gratiam, quamcunque per merita, & intercessionem istius sui fidelissimi Famuli quis expetierit, his verbis: *Tam magna sunt merita Petri de Alcantara, & tantum possunt apud me, ut qualemcumque rem à me petiveris in ejus nomine, eam certissime sis impetratura.*

Lib. 3. cap. 11. & in Lib. 5. cap. 3.

Ubi Virgo discurrens de sublimitate meritorum hujus Sancti, dixit: *Sæcè esse assuratum, quod quicunque in suis*

suis necessitatibus, & tribulationibus humiliiter ad ipsum recurrerit, infallibiliter petitionis sue consecuturus sit effectum. Hęc ipsa Verba leguntur cap. 27. in Vita S. Theresiæ. Cū ergo sis animatus, & assecuratus tantō testimoniō hujus Virginis, recurre quisquis es, fiducialiter ad tam potentem *Advocatum*, esto securus, & certus; quod si feceris hoc exercitium, cum debita fide, & humilitate, & si illa gratia, quam requiris, concernat D E I gloriam, & spiritualem salutem tui ipsius petentis, certissimò consecuturus sis, quidquid optas, ac desideras.

PRIMUS MODUS.

ITaque primus modus, & ordo exercendi hanc devotionem, erit talis. Nimirum: ante omnia alia, erit facienda exacta, & examinata Confessio propriorum peccatorum, ad hoc, ut quis se reddat magis capacem per istud sanctum medium consequendi intentum faciem: Quia (ordinariè loquendo) Deus non exaudit Peccatores non confessos; & si poterit sacram Synaxim sumere non intermitat.

Jejunium non erit quidem necessarium : si tamen quis voluerit jejunare Sabbatho præcedente Dominicam , eô modô : quô jejunare solemus in Vigiliis de Præcepto , præcedentibus Festa in diem Dominicam cadentia . Post hæc devotè visitabit istius Sancti Altare novem Dominicis , tali modo : prostratus humiliter ante Altare gloriosi istius Sancti quanta poterit devotione recitatib novies *Pater noster* , & toties *Ave Maria* , adjecto semper Versu : *Gloria Patri* , &c. Ita tamen , ut tribus vicibus *Responsorium Sancti* interponat hoc ordine : primò dicantur tria *Pater* & *Ave* , ac totidem *Gloria Patri* , &c. postea *Responsorium cum Oratione* , & sic fieri debet secunda , & tertia vice post quælibet tria *Pater* & *Ave* . Hæc offerat Deo , & humillimè roget , ut dignetur sibi desideratam gratiam concedere per ingentia merita istius Sancti Servi , & per illum honorem , qui ex Divina dignatione in Sanctum resultat per hoc , quod omnes ipsius Actiones in ordine ad glorifica-
tio-

tionem contigerint in Dominica die, scilicet ex omnibus reliquis sola consecrata Divinæ Majestatis Cultui, ac observantiæ. Deinde mente sua se se ad ipsum gloriosum suum *Advocatum* convertet, eundem omni possibili Affectu suplicando, ut intercedat pro imprestando beneficio optato, ac desiderato, & hoc per illam ineffabilem gloriam, quâ nunc gaudet in cœlesti Patria, & per memoriam suæ felicissimæ mortis, quæ contigit die Dominico, cum assistentia SS. Trinitatis, & Deiparæ Virginis, ac S. Joannis Evangelistæ; & insuper per memoriam illius famosæ suæ sepulturæ, ac translationis celebratæ cum interventu plurimorum prodigiorum miraculorum; tandem etiam per memoriam suæ solennis Canonizationis, quæ omnia facta sunt in die Dominica, quâ aliæ principalia nostræ Redemptionis Mysteria celebrantur.

SECU NDUS MODUS.

Posterior modus potest sic fieri, nempe: præcedant Confessio, & Comu-

nio, sicut suprà in primo modo dictum est: deinde visitabit Altare sancti Petri, novem continuis diebus, ibique prostratus quotidie dicet novem *Pater* & *Ave* totidemque *Gloria Patri*, &c. trinam etiam vice interjecto Responsorio & modo, & ordine, quod prius assignatum est. Ac proinde quâ potest humilitate hunc sanctum suum Patronum, & Advocatum implorabit, ut si bi à benedicto DEO impetrat, quidquid optat, ac desiderat, in virtute, & memoria illius Gloriæ, quâ nunc gaudet in Cœlis, & prout in commoratione superioris modi adducta est. Illi verò, qui non poslunt legere, vel memoriter addiscere *Responsorium*, dicant solummodo *Pater* & *Ave*, ac *Gloria Patri*, &c. ut dictum est.

NB. Ubi verò Altare hujus Sancti haberi, & reperiri non potest, quod visitandum prescribitur; sufficiet una Imago ejusdem Sancti, coram qua prescriptam devotionem piè perficere, & optatam gratiam consequi poterit.

Quod

Quod si nec imaguncula habeatur,
sufficiet ad consequendam gratiam de-
sideratam pia intentio, & pius affectus.

RESPONSORIUM

S. Petri de Alcantara.

SI quæris miracula, ignis, gran-
do, glacies, nix, procellæ,
Spiritus, Petro parent venti. Ce-
dunt mors, sors æmula, quæque
morbi species, hostis fugit terri-
tus, adstat dum cadenti.

Celebrant oracula invocatus
quoties, dona quod hic coelitus,
omni das petenti. Cedunt mors,
sors æmula, quæque morbi spe-
cies, hostis fugit territus, adstat
dum cadenti.

Gloria Patri, & Filio, & Spi-
ritui Sancto. Cedunt mors, sors
æmula, quæque morbi species,
hostis fugit territus, adstat dum
cadenti.

V. Ora pro nobis beatissime Petre.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus,
qui per Sanctos tuos mirabilia semper operari dignaris, te humiliter exoramus, ut sicut per beatum Petrum de Alcantara pententium preces ad votum exaudire misericorditer promisisti; sic nostras preces per ejusdem supplicationes audias, & salutarem super nos rorem tuæ benedictionis effundas, ut ab omnibus malis liberi, ad tuam misericordiam feliciter pervenire mereamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat, &c.

Re-

*Responsum ex Breviario
sancti Petri de Alcantara.*

Domine Jesu Christe, cui sanctus Petrus adeò fideliter in vita sua servivit, ut in tempore iracundiæ fieret reconciliatio; exaudi propter eum preces nostras, & da nobis salutem animæ, & corporis.

Qui famulæ tuæ Theresiæ dixisti, te semper in Petri nomine petentes exauditurum. Exaudi propter eum preces nostras, & da nobis salutem animæ, & corporis.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Exaudi propter eum preces nostras, & da nobis salutem animæ, & corporis.

V. In omni tribulatione, & angustia nostra.

R. Succure nobis B. Petre de Alcantara.

Oremus.

DEUS qui beatum Petrum Confessorem tuum admirabilis Pœnitentiæ, & altissimæ contemplationis munere illustrare dignatus es; concede propitius, ut ejus suffragantibus meritis, carne mortificati, cœlestium donorum participes fieri mereamur. Per Dominum nostrum &c.

Oratio devotissima ad sanctum Petrum de Alcantara.

O Gloriosissime Sancte, verè Fili magni Patris Francisci, ejusque morum fidelis Imitator, & virtutum: tibi gratulor, quod meritis, & sanctis operationibus gravis, sine transitu per Purgatorium, sicut fuit S. Theresiæ revelatum, immediatè post viæ, & vitæ terminum totus resplendens in

in Cœlum ascenderis, ubi per totam æternitatem gaudebis felicissimus, propter fructus tuæ temporalis fatigationis in illis semperiternis honoribus. Exulto insuper cordialissime cum omnibus tibi devotis, qui tuæ novæ Canonizationi factæ à Sancta Romana Catholica Ecclesia applaudunt eámque reverentur, & honorant; cum omnibus iis prostratus in terra humillime te precor, ut per omnia mihi impetres veram, & absolutam vitiorum mundi, carnis, dæmonis, passionum indisciplinatarum, malarum etiam, ac inordinatarum inclinationum victoriam. Ah benedictè! qui tam dilectus, & gratus es Domino Jesu Christo, efficie in virtute nominis, ac meritorum tuorum, ut Dominus mihi

hi concedat hanc gratiam N. N.
insuper exaltationem Sanctæ Ec-
clesiæ Catholicæ, Christianorum
Principum unionem , omnium
Hæreticorum , & Infidelium ex-
tirpationem, sublevationem ani-
marum Purgatorii, bonam & fe-
licem agonizantibus viam, in hac
vita sanctam pacem, & in altera
æternam Gloriam , Amen.

M O D U S
CUM ADJUNCTIS PRECIBUS
SS. MISSÆ SACRIFICIUM
*Fructuose, & piè audiendi per devotam
Passionis, ac mortis Jesu Christi
contemplationem.*

*Templum intraturus, dic cum
Regio Propheta. Psal. 5. v. 8.
I* Ntroibo in domum tuam, ado-
rabo ad Templum sanctum
tuum in timore tuo.

In

In ingressu accipe aquam benedictam, & aspergendo te, dic:

A Sperges me hyssopo, & mundabor, lavabis me, & supernivem dealbabor.

Quo finito devotè orabis flexis genibus, dicendo:

DEUS in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, sicut erat in principio &c.

VEni sancte Spiritus, reple tuorum corda Fidelium, & tui amoris ignem in eis accende, qui per diversitatem lingvarum cunctarum gentes in unitate fidei congregasti.

N. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.

R. Et renovabis faciem terræ.

Oremus.

DEUS, qui corda Fidelium S. Spiritus illustratione docuisti; da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

ORATIO

Quâ intentio fit audiendæ Missæ.

Domine Deus, ad cuius imaginem creatus sum, da mihi gratiam, ut imminentि Sacrificio, quâ par est reverentiâ, & devotione intersim, illudque unà cum Sacerdote Divinæ Majestati tuæ gratiosè offeram. I. Ad majorem Nominis tui honorem, & gloriam, cui soli hoc Sacrificium debetur. II. In memoriam Passions, & Mortis tuæ, quam ad hujus Sacrificii usum fieri præcepisti.

sti. III. In gratiarum actionem pro omnibus mihi collatis beneficiis. IV. In satisfactionem omnium mearum culparum, ac pœnarum, quas sanctissimo Sangvini tuo in hoc Sacrificio immergo. V. Ad impetrandam gratiam tuam, & opem in re ista N. VI. Pro charissimis Parentibus, Amicis, & Benefactoribus meis, maximè istis: N. N. Pro Fidelibus defunctis, potissimum istis: N. N. Placeat tibi Domine hæc Intentio mea, & exaudi me. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Sacerdos ad Altare progreditur.

Christus ad orandum hortum ingreditur.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui pro me misero Pecatore, ante Passionem tuam tœdiô,

diô, & merore affectus es; da ut omnes angustiæ meæ, & animi dolores, amarissimæ Passioni tuæ conjunctæ, ad Nominis tui gloriam, & animæ meæ salutem, Amen.

Sacerdos inchoat Missam.

Christus incipit orare in horto.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui in oratione ab Angelo confortari voluisti, da, ut oranti mihi assistat Angelus tuus sanctus, qui me confortet, Amen.

Aut cum Sacerdote recita Psalmum 24.

Sacerdos. Introibo ad Altare Dei.

Minister. Ad Deum qui lætitificat juventutem meam.

Sac. Judica me Deus, & discerne causam meam de gente
non

non sancta, ab homine iniquo,
& doloſo erue me.

Min. Quia tu es Deus fortitudo mea, quare me repulisti, & quare tristis incedo, dum affigit me inimicus.

Sac. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Min. Et introibo ad Altare Dei: ad Deum qui lætificat juventutem meam.

Sac. Confitebor tibi in cythara Deus, Deus meus, quare tristis es anima mea, & quare confundas me?

Min. Spera in Deo; quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei, & Deus meus.

Sac. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Min.

Min. Sicut erat in principio,
& nunc, & semper, & in sæcu-
la sæculorum, Amen.

*Sacerdos dicens Confiteor: se
inclinat.*

Christus prostratus in terram
sangvinem sudat.

O R A T I O.

Domine JESU Christe, qui
orans in horto, & factus in
agonia, sangvinem sudasti; da,
ut recordatione Passionis tuæ la-
crymarum guttas pro sanguine
merear desudare, Amen.

*Hic poteris recitare etiam Con-
fiteor, &c.*

Sacerdos Altare osculatur.

Christus osculô à Juda traditur.

O R A T I O.

Domine JESU Christe, qui à
Juda osculo tradi pertulisti;
da mihi nullâ unquam fallaciâ
te

te tradere; quin potius & inimicis, officium amoris fideliter exhibere, Amen.

Sacerdos ad cornu Epistolæ pro-greditur.

Christus vincitus in plateis du-citur.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui manibus iniquorum ligari voluisti; solve peccata mea, tuisque: præceptis me sic adstringe, ut ad ea non laxer, quæ tuæ sunt contraria voluntati, Amen.

Sacerdos inchoat Missam.

Christus apud Annam patitur alapam.

O R A T I O.

Domine JESU Christe, qui tanquam malefactor vinculis arctè constrictus, ad Annam ductus, ibique acerbissimè alapis

cæ-

cæsus es; emunda ab omni peccato corpus, & animam meam, ut pro peccatis in hac vita confundar, Amen.

Sacerdos dicit Kyrie eleison.

Christus ad Caipham ducitur, ibique ter à Petro negatur.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui in domo Caiphæ à Principe tuorum Apostolorum ter negatus es, custodi me ab omni malo confortio, & ne permittas me unquam peccatis meis te negare, Amen.

Post Kyrie (si dicitur) dic cum Sacerdote concentum Angelicum, ut sequitur:

Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorifica-

ficamus te, gratias agimus tibi,
 propter magnam Gloriam tuam.
 Domine D E U S Rex cœlestis,
 Deus Pater omnipotens. Domi-
 ne Fili unigenite, Jesu Christe.
 Domine Deus, Agnus Dei, Fi-
 lius Patris. Qui tollis peccata
 mundi, miserere nobis. Qui tol-
 lis peccata mundi, suscipe depre-
 cationem nostram. Qui sedes ad
 dexteram Patris, miserere nobis.
 Quoniam tu solus Sanctus, tu
 solus Dominus, tu solus Altissi-
 mus, Jesu Christe, cum S. Spi-
 ritu in Gloria Dei Patris, Amen.

*Sacerdos versus ad populum di-
 cit:* Dominus vobiscum.

Christus respiciens Petrum ,
 convertit.

O R A T I O .

Domine J E S U Christe, qui
 Petrum mifericorditer reipi-
 ciens;

ciens ; eum propter gravia in te
commissa peccata ad fletum ama-
rissimum excitâsti, converte ad
me misericordes tuos oculos, ut
peccata mea defleam, & nun-
quam iis te offendam, Amen.

*Sacerdos ad cornu Epistolæ pro-
greditur.*

Christus ad Pilatum ducitur,
& accusatur.

O R A T I O.

Domine JESU Christe, qui ex
amore erga miseros Pecca-
tores, volens ad Pilatum ductus,
ibique iniquè accusatus es, con-
cede, ut omnem fraudis iniqui-
tatem declinare, & calumniam
patienter sufferre valeam, Amen.

*Sacerdos ad medium Altaris
regreditur.*

Christus ad Herodem ducitur.

O R A-

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui ini-
quam Hærodis calumniam
patienter sustulisti, fac me omnem
humanum despiceremus respectum,
& nullam in hominibus quærere
gloriam, Amen.

Sacerdos legit Evangelium.

Christus reducitur ad Pilatum.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui re-
missus ab Herode ad Pila-
tum, per hoc eos reconciliari
voluisti; da mihi malevolorum
conspirationes non timere, sed
per eas tibi magis conformari,
Amen.

*Post Evangelium saepius dicitur
Professio Concilii Nicæni, quæ hic
sequitur:*

Credo in unum DEUM, Pa-
trem omnipotentem, facto-
rem

rem cœli & terræ, visibilium omnium, & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium DEI Unigenitum, & ex Patre natum ante omnia sœcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria Virgine. Et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato pañus & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spi-

Spiritum sanctum Dominum, & vivificantem: qui ex Patre, Filióque procedit. Qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur. Qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi saeculi. Amen.

Sacerdos calicem denudat.

Christus vestibus spoliatur.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui proxime ad flagella denudari voluisti; da mihi vera confessione veterem hominem exuere, & coram te virtutibus vestitus apparere. Amen.

Hostia, & Vinum offertur.

Christus apud Pilatum flagellatur.

H

Do-

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui pro me ad columnam crudeliter flagellari voluisti; da correctionis tuæ flagella, me libenter suscipe-re, teque peccatis meis nunquam amplius flagellari. Amen.

Calix cooperitur.

Christus spinis coronatur.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui pro me spinis coronari voluisti; fac me spinis pœnitentiæ sic compungi, ut in cœlis à te merear coronari. Amen.

Sacerdos digitos abluit.

Pilatus manus lavat, & Christum innocentem proclamat.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui manus lotione, & sermone à Pilato innocens pronunciatus ma-

malevolorum criminaciones per-
tulisti; fac me innocenter vivere,
& aliorum malevolentia non tur-
bari. Amen.

*Sacerdos vertit se ad populum
dicens: Orate Fratres.*

Pilatus educit JESUM dicens
populo: *Ecce homo.*

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui pro
me cum illusoriis insignibus
ostentari voluisti; da mihi va-
nam gloriam vitare, & pro te li-
benter confundi. Amen.

*Sacerdos Præfationem & San-
ctus dicit.*

Christus ad mortem conde-
mnatur.

O R A T I O.

Domine JESU Christe, qui
sententiam damnationis ad
mortem crucis, pro me innocens

subiisti; da mihi, nec mortem,
nec iniqua hominum iudicia per-
timescere, neque alios sinistre ju-
dicare. Amen.

*Sacerdos pro vivis memento
facit.*

Christus crucem bajulat.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui cru-
cem tuam humeris propriis
bajulare voluisti; fac me crucem
mortificationis, tui amore quoti-
diè bajulare. Amen.

*Sacerdos supra calicem manus
tenet.*

S. Veronica sudarium Christo
porrigit.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui per-
gens ad supplicium, dixisti
mulieribus, ut iuper seipsas fle-
rent;

rent; fac me tibi sincere compati
& lugere peccata mea. Amen.

*Sacerdos format crucem super
oblata.*

Christus cruci affigitur.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui clavis
ferreis pro me cruci affixus,
peccati mortisq; chyrographum
eidem affixisti; confige me cru-
ci tuæ sancto timore. Amen.

Sacerdos elevat sacram hostiam.

Christus exaltatur in cruce.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui pro
me in cruce, ceu sanctissima
victima levatus, à terra exaltari
voluisti; fac me à terrenis affecti-
bus liberatum, mente in cœlis ha-
bitare. Amen.

Sacerdos calicem elevat.

Ex vulneribus Christi sanguis
fluit.

O R A T I O .

Domine Jesu Christe, victima salutaris, qui ex vulneribus tuis, fontes gratiae nobis scaturire fecisti; da mihi in pravis affectibus, ad hos fontes recurrere, & medicinam haurire. Amen.

Sacerdos pro mortuis memento facit.

Christus in silentio orat in cruce.

O R A T I O .

Domine JESU Christe, qui in cruce pro toto genere humano, ipsisque crucifixoribus tuis, Patrem obsecrasti; da mihi mansuetudinis gratiam quam & inimicis benefaciam. Amen.

Sacerdos percutiens sibi pectus dicit: Nobis quoque peccatoribus.

Latroni Paradisus promittitur.

O R A -

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui Latroni culpam agnolcenti, Paradisum es pollicitus, respice & me iisdem misericordiae oculis, in hora mortis. Amen.

*Sacerdos dicit Pater noster, &c.
Septem verba Christi in cruce.*

O R A T I O.

Domine JESU Christe, commendabo me tibi illa fide, quam Mariam, & Joannem sibi ipsis invicem commendasti; eorumque commendatione digneris me in omni periculo tueri. Amen.

Sacerdos sacram hostiam frangit.

Christus in cruce moritur.

O R A T I O.

Domine JESU Christe, qui amore mei in cruce moriens, Patri animam commendasti; di-

gneris animam meam habere tibi
commendatam in hora mortis.
Amen.

*Sacerdos particulam sacræ ho-
stiae mittit in calicem.*

Anima Christi descendit ad in-
feros.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui con-
trita potestate diaboli, de-
scendens ad inferos, Patrum ani-
mas liberâsti; descendat Passionis
tuæ virtus super animas Fidelium
defunctorum, ut quantotius è
Purgatorio liberentur. Amen.

Sacerdos percutit pectus dicens:
Agnus Dei, qui tollis, &c.

Ad mortem Christi plurimi
convertuntur.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui san-
ctissimâ morte tuâ multos
pe-

pectora sua percutientes conver-
tisti; largire mihi per eandem
tuam mortem peccata seriò de-
flore, nec amplius te scienter of-
fendere. Amen.

*Sacerdos sanctam Communio-
nem sumit.*

Christus Dominus sepelitur.

O R A T I O.

Domine JESU Christe, qui in
monumento novo sepeliri
voluisti; da mihi cor novum, in
quo tibi consepelear, ut ad re-
surrectionis gloriam tecum per-
venire merear. Amen.

Dic deinde cum Sacerdote:

Domine non sum dignus, ut in-
tres sub tectum meum, sed
tantum dic Verbo, & sanabitur
anima mea.

*Hic te cogita communicare cum
Sacerdote, & dic:*

H 5

Cor-

Corpus Domini nostri JESU Christi, custodiat animam meam in vitam æternam. Amen.

Sic Christum quasi presentem complectens, & dic:

Inveni quem diligit anima mea, tenui eum nec dimittam.

O sacrum Convivium in quo Christus summitur, recolitur memoria Passionis ejus; mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.

Sacerdos calicem abluit.

Christus ungitur post mortem.

ORATIO.

Domine Jesu Christe, qui post mortem, à Josepho, & Nicodemus unctionus, munda Sindone involvi voluisti; da mihi sanctissimum corpus tuum ex Altari mundo corde suscipere, & virtutum aromatibus condire. Amen.

Sacer-

*Sacerdos post S. Communionem
orat.*

Christus resurgit à mortuis.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui vi-
ctor nobili triumpho surre-
xisti à mortuis; da & mihi è ve-
teri conversatione resurgere, te-
cumque in novitate vitæ ambu-
lare. Amen.

*Sacerdos dicit : Dominus vo-
biscum.*

Christus apparet Discipulis.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui re-
divivo tuo corpore, dilectam
Genitricem, ac Discipulos mira-
biliter oblectasti; concede mihi
aspetu gloriæ tuæ in cœlis æter-
num frui. Amen.

*Sacerdos ultimas Collectas di-
cit.*

Christus quadraginta diebus
conversatur cum Discipulis.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui diebus quadraginta post resurrectionem cum Discipulis conversatus, eos in Fidei Mysteriis instruxisti; doce me juxta voluntatem tuam incedere semper, & ubique. Amen.

Sacerdos ultimo dicit: Dominus vobiscum.

Christus ascendit in cœlum.

O R A T I O.

Domine Jesu Christe, qui gloriōsè in cœlos Discipulis cernentibus ascendisti; trahe animam meam post te ab amore temporalium ut te solum sitiam, & esuriam. Amen.

Sacerdos benedictionem dat.

Christus S. Spiritum mittit.

O R A-

ORATIO.

Domine Jesu Christe, qui Discipulis simul orantibus sanctum ministi Spiritum; emunda cor meum, & imple eodem Spiritu, ut ejus ope ferventer, ac constanter tibi serviam. Amen.

COMMENDATIO.

O DEUS abscondite, & Salvator! miserere egentissimi mendici bonitatis tuæ fores pulsantis. Ecce vitiis, & imperfectionibus plenus sum, dita me; morbis ac miseriis repletus sum, sana me; dona veniam peccatori; relaxa pœnam debitori; da gratiarum, & virtutum augmentum, intellectum fide, & sapientiâ tuâ instrue; affectum amore inflamma; memoriam præsentiaæ tuæ recordatione occupa; Justos in Ecclesia multiplica; tepidos exci-

excita; peccatores justifica; infideles illumina; afflictos solare; adversarios concilia; defunctos libera; omnésque unà mecum mihi commendatos in sacratissima vulnera tua, ad protectionem, tutelamque nostram benignus admitte.

O Panis vitæ! pasce me.

O Etica animæ meæ! satia me.

O Solamen afflitorū! solare me.

O Virtus debilium! conforta me.

O Salus infirmorum! sanata me.

O Jesu! sis mihi Jesus. Amen.

SACRAMENTUM
P O E N I T E N T I A E,
^{SEU}
DE CONFESSIōNE.

Oratio ante examen conscientiæ.

O Domine JESU Christe!
lux mundi vera, illuminans
omnes,

omnes, qui in tenebris, vel magis in umbra mortis æternæ sedent: per amorem illum, quô, quæsivisti ovem perditam, obsecro te, illumina hodie per S. Spiritus tui gratiam cor, & conscientiam meam, ut perfectè quidquid Divinæ Majestatis tuæ oculos offendit, recognoscere, & illud vera cordis contritione, ac humili Confessione deponere valeam. Qui vivis & regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

*Examinabis jam te, juxta Dei,
Et Ecclesiæ præcepta, septemque
peccata mortalia.*

*Oratio præparatoria ante
Confessionem.*

SURGO, & ibo ad Patrem meum, & dicam: peccavi in cœlum, & coram te, non sum dignus vocari filius tuus; fac me sicut unum de

de pœnitentibus tuis, & mitte
mihi hodie unicam solummodò
micam de mensa infinitæ tuæ mi-
sericordiæ, ut peccata mea co-
gnoscere, deflere, dignámque de
illis pœnitentiam agere possim.

Peccavi, ô Pater misericordia-
rum, & Deus totius consolatio-
nis; iniquitates meæ supergressæ
sunt caput meum, & sicut onus
grave gravatæ sunt super me; un-
dè mea meritò gravata est con-
scientia; ideóque à via iniquita-
tum mearum redux ad brachia
paternæ misericordiæ tuæ con-
fusa facie recurro, ac humili, &
contrito corde ad pedes tuos me
ab jicio, ut tecum in gratiam re-
deam. Peccavi Domine, pecca-
vi: Confiteor peccata mea multa,
& magna, quæ, si volo absconde-
re tibi, non possum: Erravi sicut
ovis,

ovis, quæ perdidit se in confusione mundi, cursitans post omnia vanitatum genera, ut sequerer illecebras, & affectiones criminosas: Discessi è domo tua cumulatus infinitis beneficiis, quorum Bonitas tua in me fuerat liberaliter prodiga; ego autem plus quam prodigus iis infeliciter abusus sum.

Peccavi Domine, in Bonitatem tuam, præferens vilem creaturam, vanum honorem, transitoriam voluptatem, bonum leve, amori tuo: Violavi toties sanctitatem præsentiae tuæ tot cogitationibus, & conspectui tuo abominabilibus actionibus: Contempsi Supremam Majestatem tuam, quam adorare, cui servire, & quam omni reverentia honore debebam: offendit immensam
Bo-

Bonitatem tuam cogitando, loquendo, operando, & in omnibus modis, in quibus ego fragilis homo peccare potui. Hæc cíne merces, mi Deus, quam tibi retribui, quia extraxisti me ex nihilo, in quo adhuc forem sinè te? siccíne agnovi sangvinem pretiosum venarum Filii tui unigeniti effusum tanto amore, & dolore propter me? Utinam nunquam te offendissem, nec offendicerem posthac in æternum! Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: Doleo ex intimo corde ob amorem tui de his, & de aliis omnibus peccatis, negligentiis, & offenditionibus, quibus Majestatem tuam offendi, gratiam tuam perdidi, cœlum ammisí, & me ipsum damnavi.

Peccavi Domine, peccavi!
quid

quid faciam tibi, ô custos hominum? ecce iniqutatem meam cognosco, & factus sum mihi met ipsi gravis. Fateor, iram tuam merui, non indulgentiam; unde, si ejicis me à facie tua, justè facis; sed si miserum, & indignum, vel inter mercenarios recipis, misericorditer facis. Utinam superexaltet misericordia judicium, quia ipsa est super omnia opera tua.

Vide, Domine, afflictionem meam, erue me à circumdantibus me, quia confortatus est timor eorum super me. Périit enim consilium à me, & fortitudo mea defecit. Confractum est brachium meum, & gladius meus salvare me non poterit. Tu solus es, qui mihi ad refugium relictus es; ies quæ ego, heu! nimis sæpè reliqui;

qui; undè & meritò timeo relin-
qui; nihilominus, recordare, Do-
mine, me, quamvis malum, &
peccatorem, facturam tamen, &
opus tuum esse: ad quem ego fu-
giam, nisi ad te vadam; si tu me
ejicis, quis me recipiet? si tu me
despicis, quis me accipiet?

Recipe ergo me filium tuum
prodigum nunc revertentem ad
te, & noli me judicare in rigore
justitiæ tuæ, neque attendas ad
multitudinem iniquitatum mea-
rum, sed secundum multitudi-
nem miferationum tuarum miser-
ere mei, intuitu Passionis JESU
Christi Divini illius Pastoris, qui
immolavit se pro ovibus suis. Par-
ce mihi, Domine, peccata mea,
sacrificium tibi spiritus contribu-
latus, cor contritum, & humilia-
tum non despicias; sed suscipe
me

me ad osculum pacis, ut lætentur beati spiritus conversione mea, sicut ruinâ meâ lætati sunt impii. Cinge me iterum candidâ innocentiae stolâ, & orna meam manum aureô fidei annulô, veluti pretioso pignore, qui me posthac contineat in timore, & amore tuo. Amen.

Oratio post Confessionem.

Gratias tibi ago, clementissime DEUS, quod me indignum peccatorem ad poenitentiam patienter exspectaveris, veniam, & indulgentiam peccatorum mihi clementer concesseris. Suscipe, quæso, hanc humilem Confessionem meam, quam feci, & quidquid mihi nunc defuit ad plenam, & sinceram enumerationem peccatorum, meorum, & con-

convenientem pro iisdem dolorem, tu ex fonte misericordiæ tuæ, ac thesauro Passionis benignè supplere digneris, méque perfectè absolutum habere in cœlis: & præsta auxilium gratiæ tuæ, ut deinceps peccata devitem, ac fideliùs tibi serviam, intercedente gloriofa Virgine, Genitrice tua, & omnibus Sanctis, qui tibi placuerunt ab initio mundi; juravi enim, & statui deinceps custodire judicia justitiæ tuæ, te adjuvante, qui vivis, & regnas D E U S, in iæcula sæculorum. Amen.

Oratio ante Communionem.

AD mensam dulcissimi convivii tui, piè Domine J E S U Christe, ego peccator de propriis meritis nihil prælumens; sed de tua confidens misericordia & bonita-

nitate, accedere vereor & contremisco. Nam cor & corpus habeo multis criminibus maculatum : mentem, & lingvam non cautè custoditam. Ergo ô pia Deitas ! ô tremenda Majestas ! ego miser, inter angustias deprehensus , ad te fontem misericordiæ recuro : ad te festino sanandus : sub tuam protectionem fugio , & quem judicem sustinere nequeo , Salvatorem habere suspiro . Tibi, Domine plagas meas ostendo : tibi verécundiam meam detego . Scio peccata mea multa, & magna, pro quibus timeo . Spero tamen in misericordias tuas , quarum non est numerus . Respice ergo in me oculis misericordiæ tuæ, Domine Jeju Christe, Rex æterne, Deus & homo , crucifixus propter hominem . Exaudi me sperantem in te : &

mi-

miserere mei pleni miseriis, & peccatis, tu qui fontem misererationis nunquam manare cessabis. Salve salutaris victima, pro me, & omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salve nobilis, & pretiose sanguis, de vulneribus crucifixi Domini mei JESU Christi profluens, & peccata totius mundi abluens. Recordare Domine, creaturæ tuæ, quam tuo sanguine redemisti. Pœnitet me peccasse: cupio emendare quod feci. Aufer ergo à me, clementissime Pater, omnes iniquitates, & peccata mea: ut purificatus mente, & corpore, dignè degustare merear sancta sanctorum; & concede, ut sancta prælibatio corporis & sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delicto-

licitorum perfecta purgatio , sit turpium cogitationum effugatio , bonorumque sensuum regeneration , operumque tibi placentium salubris efficacia , animæ quoque , & corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio , Amen.

*Oratio S. Bonaventuræ ante
Communionem.*

Ecce cœlestis Pater , recolens mortem illam unigeniti Filii tui Domini nostri JESU Christi , offero tibi hanc Hostiam , quam ipse obulit pro mea , & totius mundi salute . Ecce ad Altare tuæ Majestatis transmitto oblationem vivam , quam tu in miseratione multa misisti ad Altare crucis immolandam pro nobis . Recordare ergo illius sacrosancti sudoris , quasi guttæ sanguinis decurren-

tis in terram. Respice illam virgineam carnem verberibus crudeliter flagellatam, colaphis, & alapis cæsam, tumoribus lividam, sputis maculatam, sanguine cruentatam, spinis perforatam, clavis confixam, lanceâ vulneratam. Illa ergo pietas, quæ Filium tuum traxit, & vicit, ut in statera crucis totius mundi peccata librare; ipsa te cogat, Pater miserere nobis miseris. Respice, obsecro, non nostra peccata, sed in faciem Christi tui: non enim in justificationibus nostris preces nostras prosternibus, sed in multitudine miserationum tuarum.

Aspirationes post Communionem.

SAlve, mi dulcissime, ac potentissime hospes, Domine JESU Christe, diù desiderate, anxie

anxiè quæsite, solicite adamate.

Saluto te ex intimis animæ meæ visceribus.

Adoro te cum Patre, & Spiritu sancto apud me indignissimum commorantem.

Benedic, anima mea, Domino, & omnia, quæ intra me sunt, Nomiini sancto ejus.

Ecce, Domine, jam habeo te, qui habes omnia. Possideo te, qui possides omnia: ergo ô Deus meus, & omnia! abstrahe cor meum à cæteris omnibus extra te, in quibus nil, nisi vanitas, & afflictio spiritus: in te uno fixum sit cor meum, in te sit requies mea; ubi est thesaurus meus, summa veritas, & vera felicitas, & felix æternitas.

Sentiat, ô Domine, mens mea

dulcedinem præsentiae tuæ. Gustet, quām svavis sis Domine, ut inescata amore tui, nihil quærat extra te, unde gaudeat, quia tu es gaudium cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Tu es medicus animæ meæ, qui langvores nostros tuo livore sanâsti; ego verò sum infirmus ille, ad quem sanandum de cœlo venisti; itaque fana animam meam, quia peccavi tibi.

Tu es Pastor bonus, qui posuisti animam tuam pro ovibus tuis. Ecce ego ovis illa, quæ perierat; & tamen dignaris me pascere corpore, & iangvine tuo. Quid negabis mihi, qui te ipsum dedisti? Rege me, & nihil mihi deerit in loco pascuæ, ubi me collocasti, donec ad pascua vitæ æternæ perducas.

O lux vera , quæ illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum , illumina oculos meos , nè unquam obdormiam in mortem ; fecisti nos ad te , & inquietum est cor meum , donec requiescat in te .

O ignis jugiter ardens , & nunquam deficiens ; ecce me tepidum , & frigidum ; ure renes meos , & cor meum , ut ardeant amore tui ; ignem enim venisti mittere ; & quid vis , nisi ut accendatur ?

O Rex cœli , & terræ , dives in misericordia , ecce ego egenus , & pauper sum ; tu nōsti , ubi magis egeam ; tu solus me ditare , & juvare potes .

Deus , adjuva me , & ex thesauris bonitatis tuæ succurre in opere animæ meæ .

O Dominus meus , & DEUS
I 3 meus .

meus. Ecce servus tuus sum ego;
da mihi intellectum, & excita af-
fектum, ut sciam, & faciam vo-
luntatem tuam.

Tu es Agnus Dei, Agnus sine
macula, qui tollis peccata mun-
di; tolle de me, quod mihi no-
cet, & tibi displicet; & da, quod
nōsti tibi placere, & mihi pro-
delle.

Tu es amor meus, & omne
gaudium. Tu es Deus meus &
omnia. Tu es pars hæreditatis
meæ, & calicis mei; tu es, qui
restitues hæreditatem meam mi-
hi.

O Deus meus, & omnia, ab-
forbeat, quæso, mentem meam
vis ignita, & melliflua amoris tui,
ut amore amoris tui mundo mo-
riar, qui amore mei dignatus es
in cruce mori, ô Deus meus, &
omnia.

Oratio

Oratio S. Thomæ Aquinatis post Communionem.

Gratias tibi ago, Domine sancte Pater omnipotens æternæ DEUS, qui me peccatorem, indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ satiare dignatus es pretioso corpore, & sanguine Filii tui Domini nostri Jesu Christi. Et precor te, ut hæc sancta Communio non sit mihi reatus ad poenam, sed intercessio salutaris ad veniam: Sit mihi armatura fidei, & scutum bonæ voluntatis: Sit vitiorum meorum evacuatio, concupiscentiæ, & libidinis exterminatio, charitatis, & patientiæ, humilitatis, & obedientiæ, omniumque virtutum augmentatio: contra insidias inimicorum omnium tam visibilium,

quàm invisibilium firma defensio :
 motuum meorum tām carnalium,
 quàm spiritualium perfecta quietatio ; in te uno , ac vero DEO
 firma adhæsio , atque mei finis fe-
 lix consummatio. Et precor te ,
 ut ad illud ineffabile convivium
 me peccatorem perducere digne-
 ris , ubi tu cum Filio tuo , & Spi-
 ritu sancto , sanctis tuis es lux ve-
 ra , satietas plena , gaudium sem-
 piternum , jucunditas consumma-
 ta , & felicitas perfecta . Per eun-
 dem Christum Dominum nostrum ,
 Amen.

PRECES MATUTINÆ.

Dum evigilas , dic :

IN Nomine Pa†ris , & Fi†lii ,
 & Spi†ritus sancti , Amen.

Jesu Maria Joseph ! vobis offre-
 ro in Sacrificium matutinum cor ,
 & animam meam.

In-

Intentio Matutina.

Sanctissima Trinitas unus Deus,
ego in conspectu tuo indignis-
simus, volo omnia cogitare, di-
cere, facere, pati, &c. ex omni-
um virtutum motivo, intentioni-
bus purissimis, perfectissimis, ti-
bique gratissimis, quas ipse tuo
influxu, & concursu habes, atque
ad invenire, & optare potes. O-
mnes & singulas animæ & corpo-
ris mei motiones, cogitationes,
volitiones, respirationes, verba,
& opera in virtute Spiritus San-
cti per dilectum Filium tuum tibi
offerò, ut tibi supremo Domino
meo omnem possibilem honorem,
laudem, gloriam, & beneplaci-
tum præstem, omne bonum gra-
tuler, ac pro universis beneficiis
gratias agam: In laudem quoque
& memoriam humanitatis Domi-

ni nostri Jesu Christi, in commemorationem vitæ, passionis, mortis, omniumque misteriorum ejus; nec non in venerationem, cultum, & augmentum beatitudinis beatæ Mariæ Virginis, sanctorum meorum Patronorum, Angelorum, atque omnium Sanctorum: pro impetranda mihi gratia proficiendi in virtutibus, pro satisfactione meorum peccatorum, pro omnibus fidelibus defunctis, ac denique pro omni eo, quod tu scis, & vis, me maximè à te debere postulare. Declaro insuper me omnia à te petere, non quatenus mihi bona, sed quatenus tibi sunt grata; hinc contentissimus ero, licet nihil impetravero. Hoc est mihi præmii satis, quod tu sis, qui es. Et quoniam vitæ meæ distractiones, me non sinunt huic semel

semel expressæ intentioni semper
actualiter inhærere; idcirco quo-
ties respiravero, toties hanc me-
am voluntatem ratam, & renova-
tam volo. Omnia sunt unita vitæ,
ac passioni Jesu Christi, ac meri-
tis omnium sanctorum. Domine
ante te desiderium meum; si hac
intentione tibi gratiorem scirem,
utique elicerem.

Deus Deus meus, ad te de luce
vigilo. Sitivit in te anima mea,
quā multipliciter tibi caro mea.

Illumina, Domine, oculos
meos, nè unquam obdormiam in
morte! nè quando dicat inimicus
meus, prævalui adversùs eum.

In Nomine Pa†tris, & Fi†lii,
& Spi†ritūs sancti, Amen.

Benedicta sit sancta, & indivi-
dua Trinitas nunc, & semper, &
per infinita sæcula sæculorum,
Amen.

Sanctus Deus, sanctus fortis,
sanctus & immortalis, miserere
mei.

In Nomine Domini Jesu Chri-
sti surrexi, qui me redemit suo
pretioso sangvine, ille me bene-
dicat & custodiat, regat, atque
ab omni malo defendat, in omni
opere bono semper confirmet, &
post hanc miseram vitam perdu-
cat me ad vitam æternam, Amen.

Benedictio, & claritas, & sa-
pientia & gratiarum actio, honor,
virtus, & fortitudo DEO nostro
in sæcula sæculorum, Amen.

Clarifica me Domine, clarita-
te interni luminis, & educ de
tabernaculo cordis mei tenebras
universas.

Quando intuebor te? ô bone
JESU! ô Salus mea! quando te
videbo?

Non

Non me vincat, ô clementissime JESU! caro, & sanguis: non me decipiatur mundus, & brevis gloria ejus: non me supplantet diabolus, & astutia illius.

Discedant à me, qui volunt mihi mala, & tu Jesu mi tanquam bellator fortis esto mecum.

Jesus centrum cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Maria Mater gratiæ, Mater misericordiæ, tu me ab hoste protege, & horâ mortis sucipe.

Angele Dei, qui custos es mei, me tibi commisum pietate superna, hodie illumina, custodi, rege, & guberna.

Sancti Patroni, & Advocati mei, N.N. vestrâ tutelâ me circumvallate, ut non accedat ad me malum, & flagellum non appropinquet tabernaculo meo.

Diei accommodatus, dic:

OMisericordissime Jesu, omne bonum meum, Pater mi, foliatum meum, & Deus meus! gratias tibi ago. Tibi quo ue ô benigna Virgo Maria, consolatrix viventium, & pia Mater morientium! Sancte Angele Custos, ac vobis amantissimi sancti Patroni, & Advocati mei N. N. ac omnibus Sanctis gratias ago pro nocte hac feliciter transacta, quod in peccatis mortuus non fuerim, sed ad hanc usque diem servatus, ut per fidem, poenitentiam, ac Christianæ legis opera gratiam Dei mihi conciliare valeam.

O clementissime Deus! in gratiarum actionem a te primum suspirium, & aestus cordis mei; tibi me totum, qualemcunque, quantum, omnes animæ vires; &

cor-

corporis sensus, & omnia offero,
& immolo; ut de me, meisque
omnibus tanquam de tuis statuas:
Vitam meam ad tui Nominis glo-
riam dirigas, bonis suggestioni-
bus intellectum illustres, fervore
charitatis affectum ad te moveas,
sensus, sermones, & actus meos
ad animæ meæ, & proximi fa-
lutem componas.

O piissime Jesu! rogo te, ut ho-
dierna die ab omni peccato me
custodias, nè cogitatione, verbo,
vel opere, aut negligentia divi-
nam tuam Majestatem ullo mo-
do offendam.

O amantissime Deus! fac me si-
militer transacta hac die feliciter
ad honorem tuum vesperum vi-
dere: si autem mihi hanc subtra-
his, & hodie mihi ex hoc sœcu-
lo migrandum est, fiat sancta vo-
lun-

Iuntas tua. Fac i altèm, Pater misericordiarum, benignè cum servo tuo, salva me in te sperantem, nè hora improvisa me corripiat, nec dies tua ut fur mihi adveniat. In manus tuas commendo spiritum meum: in te Domine speravi, non confundar in æternum: Et idem omnibus fidelibus concede, oro, & maximè his, pro quibus orare teneor.

Munimem Matutinum.

O Potentissime Jesu! hodie impono fronti meo vexillum fidei, & signum victoriæ sanctissimæ crucis tuæ; ut me peccatorum hodierna die tueri digneris ab omni perturbatione mentis, & corporis, à vexatione dæmonum, à malis hominibus, à potestate inimicorum visibilium, & invisibilium, nec non ab omnibus ma-

maleficiis, ab omni pestifero cibo, & potu, dolore, & angustia; à confusione humana, & scandalo; à periculo ignis, & aquæ; à vitiis, & peccatis; ab omni lapsu, & ruina; læsione, & incommodo; & à subitanea, improvisa, & mala morte; per te Jesu Christe Salvator mundi. Qui vivis & regnas DEUS in sæcula sæculorum, Amen.

Ad signum S. Crucis.

A Te crucifice, amor mi, Jesu dulcissime, accipiam signum sanctæ crucis in † fronte, † ore, & in † corde; ut in æternum vivam sub tua protectione, concede mihi hodie, & in omni tempore vitæ meæ currere viam mandatorum tuorum, sub hoc vexillo sanctæ † crucis; ut contra hostiles insultus, mundi, carnis, & dia-

diaboli, fortiter præliando, victoriā, ac tandem bravium vitæ æternæ reportem, Amen.

Benedictio Matutina.

Benedicat me DEUS Paſter,
qui me creavit: defendat me
Filius Dei, qui pro me crucifixus
est; illuminet me virtus Spiſ ritus
sancti, qui mihi in Baptismo infu-
sus est. Et benedicta ſit sancta, &
individua Trinitas à me, & ab
omni creatura nunc, & per omnia
ſæcula ſæculorum, Amen.

*Has quatuor sacras litteras J. N. R. J.
pollice in fronte ſcribe, ſimul & nomine ſigni-
ficata die: quæ plurimum valent contra ſu-
bitaneam, & improvisam mortem. Teste
S. Edmundo.*

**JESUS NAZARENUS, REX
JUDÆORUM:** hic titulus triumphalis Jesu Christi Salvatoris mei,
præſervet me à ſubitanea, impro-
viſa, & mala morte, Amen.

Pre-

PRECES VESPERTINÆ.

Sub tuum præsidium confugi-
mus, sancta Dei Genitrix, no-
stras deprecationes nè despicias
in necessitatibus nostris; sed à pe-
riculis cunctis libera nos semper
Virgo gloria, & benedicta.

LITANIÆ LAURETANÆ.

Kyrie eleison. Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus,

Fili Redemptor mundi

Deus,

Spiritus sancte Deus,

Sancta Trinitas unus Deus,

Sancta Maria,

Sancta Dei Genitrix,

Sancta Virgo Virginum,

Mater Jesu Christi,

} Miserere nobis.

} Ora pro nobis.

Ma-

Mater Divinæ gratiæ,
Mater purissima,
Mater castissima,
Mater inviolata,
Mater intemerata,
Mater amabilis,
Mater admirabilis,
Mater Creatoris,
Mater Salvatoris,
Virgo prudentissima,
Virgo veneranda,
Virgo prædicanda,
Virgo potens,
Virgo clemens,
Virgo fidelis,
Speculum justitiæ,
Sedes sapientiæ,
Causa nostræ lætiæ,
Vas spirituale,
Vas honorabile,
Vas insigne devotionis,
Rosa mystica,

Ora pro nobis.

Tur.

Turris Davidica,
Turris eburnea,
Domus aurea,
Fœderis Arca,
Janua Cœli,
Stella Matutina,
Salus infirmorum,
Refugium peccatorum,
Consolatrix afflitorum,
Auxilium Christianorum,
Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum,
Regina Apostolorum,
Regina Martyrum,
Regina Confessorum,
Regina Virginum,
Regina Sanctorum omnium,
Agnus DEI, qui tollis peccata
mundi; Parce nobis Domine.
Agnus DEI, qui tollis peccata
mundi; Exaudi nos Domine.
Agnus

Ora pro nobis.

Agnus DEI, qui tollis peccata
mundi; Miserere nobis.

Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison.

V. Ora pro nobis S. Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissio-
nibus Christi.

Oremus.

Gratiam tuam quæsumus, Do-
mine, mentibus nostris infun-
de: ut qui Angelo nu- c ante Chri-
sti Filii tui Incarnationem cognos-
timus; per passionem ejus, & cru-
cem, ad resurrectionis gloriam
perducamur. Per eundem Chri-
stum Dominum nostrum, Amen.

V. Ora pro nobis beatissime
Joseph.

R. Ut digni efficiamur promis-
sionibus Christi.

Oremus.

SAntissimæ Genitricis tuæ Spō-
si,

Si, quæsumus Domine, meritis adjuvemur; ut quod possilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vis & regnas Deus, in sæcula sæculorum, Amen.

Solve Deo gratias.

O Clementissime Deus, Crea-
tor, Protector, ac Redem-
ptor meus! te benedico, laudo,
glorifico cum omnibus Angelis, &
electis DEI; gratiásque ago pro
animi & corporis donis, ac bene-
ficiis mihi hodie, & alias liberalis-
simè collatis: quid retribuam tibi
Domine pro omnibus, quæ retri-
buisti mihi? me totum, & omnia,
quæ dedisti mihi, insuper & o-
mnium Sanctorum laudis & amo-
ris affectus, in unione Passionis ac
meritorum Christi tibi pro merita
gratiarum actione offero. Suscipe,

O

Ô Pater æterne, hanc oblationem
meam; utinā majori affectu nunc,
& in æternum cum omnibus crea-
turis te laudare & glorificare pos-
sem! Paratum cor meum DEUS,
paratum cor meum. *Psal. 56. 8.*

Pete lumen.

VEni S. Spiritus, & emitte cœli-
tus lucis tuæ radios: illumina
mentis meæ tenebras, ut peccata
hodie commissa, negligentiasque
meas videā, agnoscā, & detester.

Discute mentem.

Quantas habeo iniquitates, &
peccata! scelera mea & de-
lictâ ostende mihi.

*Omnis diei horas percurre, & vide,
quid boni neglexeris, quid mali commis-
seris, cogitatione, verbo, opere.*

Deligi veniam posce.

EN Domine Deus, quid retrí-
bui tibi pro omnibus, quæ retrí-

tribuisti mihi, nisi peccata, negligentias, & ingratitudines? Ah! quām doleo, quod te Deum summum bonum meum, mihi super omnia dilectum, unquam offenderim! Tibi soli peccavi, & malum coram te feci. Erravi, sicut ovis, quæ periit. Respice in me, & miserere mei. Ignosce, ô Deus! ignosce per gemitus, lacrymas, passionem & mortem dilectissimi Filii tui Domini mei Jesu Christi.

Ecce, mi Jesu, in te posita est omnis spes mea. Te supplex oro, ut omnia scelera & delicta mea sacratissimo sanguini tuo immegas, tuisque infinitis meritis compenses, quicquid meæ satisfactioni deest; tu enim es propitiatio pro peccatis nostris.

*Cave ne unquam, licet occupatissimus, examen
hoc vespertinum omnino negligas. Si otium non
habes aut non lubeat orationes hic prescriptas re-*

citare. Age vel unicō suspiriō, Deo tuo gratias pro acceptis isto die, totāque vita beneficiis. Pete similiter lumen, inspice conscientiam, & vide, qua in re Deum isto sortè die graviter offendereis; Contritionem elice cum proposito emendationis. Potes hac ratione aeterna damnationis periculum evadere; adeoque etiam sine Confessione (si contingeret te subitò mori ista nocte) salvari. Nemo tamen, hac spe fretus, liberè presumat petere: Nolite errare, Deus non irridetur. Gal. 6.

Dum lectum ingrederis.

IN nomine Domini nostri JESU Christi crucifixi cubitum eo; ille me benedicat, regat, custodiat, & ad vitam perducat aeternā, Añ.

In lecto.

IN manus tuas commendo spiritum meum, redemisti me Deus veritatis.

Angele Dei, qui custos es mei, me tibi commissum pietate supernā, custodi, rege, & gubernā, Añ.

Deinde honeste compositus, occupato pia meditatione animo quasi in vulnera lateris Christi, aut Angeli Custodis complexu, vel in tumba sepulchrali somnum expelta, pieque indormisee.

I No-

Index hujus Opellæ.

O fficium Sancti Antonii Pad-	
vani.	Pag. 10
Litanie, de S. Antonio.	20 & seqq.
Oratio, quâ S. Antonii Patrocinium im-	
ploratur.	25
Oratio ad S. Antonium, tempore necef-	
sitatis particularis.	27
Alia Oratio, per modum Psalmi.	29
Quæsita brevia de Patria, Imagine, ac de-	
scriptione S. Antonii.	34 & seqq.
Responsorium in miraculorum S. Antonii	
memoriam.	41
Responsorium præcedens in forma Orationis.	42
Brevis declaratio Responsorii S. Antonii.	45
Precatiuncula XII.	70 & seqq.
Novena, vel modus colendi S. Antonium,	
per novem dies Martis.	78
Oratio, quâ S. Ant. in Patronum eligitur.	80
Oratio, dum Novenam quis incipit.	81
Orationes, durante Novena.	84 & seqq.
Oratio ad Jesum, & S. Antonium, cùm	
quis experitur se nondum exauditum.	88
Gratiarum actio post obtentam gratiam.	90
Oratio absoluta Novena.	92
Novem breves Orationes, per mysteria vi-	

I N D E X.

<i>tae S. Antonii.</i>	93
<i>Oratio ad S. Antonium.</i>	100
<i>Septem devote contemplationes, distri-</i> <i>buta per septem Hebdomadis dies.</i>	102
<i>Tres Genuflexiones.</i> -	116
<i>Devota Oratio ad S. Antonium.</i>	120
<i>Hymnus in Processione cantandus.</i>	122
<i>Orationes ad SS. Patronas, & SS. Patro-</i> <i>nos Congregationis S. Antonii.</i>	123
<i>Hymnus de S. Catharina Bononiensi.</i>	Ibid.
<i>Hymnus de S. Catharina Senensi.</i>	125
<i>Litanie S. Clarae Virginis.</i>	127
<i>Modus efficax faciendi novenas ad hono-</i> <i>rem S. Petri de Alcantara.</i>	133 & seqq.
<i>Responsorium S. Petri de Alcantara.</i>	139
<i>Responsorium ex Breviario S. Petri de</i> <i>Alcantara.</i>	141
<i>Oratio devotissima ad S. Petrum de Al-</i> <i>cantara.</i>	142
<i>Auditio Sacri.</i>	144 & seqq.
<i>Sacramentum Pénitentiae.</i>	170
<i>Oratio post Confessionem.</i>	177
<i>Oratio ante Communionem.</i>	178
<i>Preces post Communionem.</i>	181
<i>Preces Matutinæ.</i>	188
<i>Preces Vespertinæ cum Litaneia Lauret.</i>	199



6

1
C



A5

112

T